



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





Math. P. 174

Kirkton


Fiche





Mash. 30-43.

*Mathesis pura.* *Arithmetica.* *Systemata*  
*et methodi* 196.





Collegij Societatis Iesu Monachij 1706.

ATHANASII KIRCHERI

E SOCIETATE IESV

ARITHMOLOGIA

S I V E

De abditis Numerorum mysterijs

Qua

Origo , Antiquitas & fabrica Numerorum exponitur ;

Abditæ eorundem proprietates demonstrantur;

Fontes superstitionum in Amuletorum fabrica aperiuntur ;

Denique post Cabalistarum , Arabum , Gnosticorum ,

aliorumque magicas impietas detectas , vera

& licita numerorum mystica significatio

ostenditur .




ROMÆ , Ex Typographia Varesij . MDCLXV.

SUPERIORVM PERMISSV.

F C

D N

MELIOTHEA  
REGIA  
MERCENSIS.



ILLVSTR.<sup>MO</sup> ET EXCELLENT.<sup>MO</sup> COMITI  
AC DOMINO  
D. FRANCISCO  
DE NADASD  
EQVITI AVRATO

Perpetuo Terræ Fogaras, ac Comitatus  
Castriferri supremo Comiti,  
Sacrae Cæsareae Regiæque Maiestatis.  
Confiliario & Cubiculario intimo,  
non summo per Vngariam Curiæ Regiæ  
Magistro & Iudici.

*Athanasius Kircherus Fel. P.*



PVS hoc, EXCELLENTISSIME  
COMES, de abditis Nume-  
rorum mysterijs, lucem,  
sub glorioſi Nominis Tui  
splendore subiturum, vti,  
ni fallor, haud incuriosis à  
me argumentis est concinnatum ; ita vel  
hanc

hanc solam ob causam in Orbe Literario locum repertum confido ; quod inuidæ mentis Tuæ vi & efficaciâ pari cum mificentia sit extortum . Opusculum qualicumque tandem illud sit, certè quot Numeris , tot Virtutum Tuarum radijs ; quot mysterijs , tot magnæ animæ Tuæ sublimium actionum ectypis conspicuum splendet : siquidem in Te colligata simul & conferta cernuntur omnia , quæ sparsim diffusèque apud alios inchoata sunt virtutum inter se catenatarum præsidia , vt quæ diuisa deprehenduntur in multis , ea uno eodem que pectore Tuo tanto rerum complexu absoluta perfectaque comprehendantur . Quis Tuum in Orthodoxæ fidei religione cultuque propagando zelum & sollicitudinem non admiretur ? Quis in euincendis difficultatibus animi robur & fortitudinem , Pacis & concordiæ studia non suscipiat ? Quid de præclaris animi Tui dotibus ? Tibi acre , perspicax , aptumque ad res omnes intelligendas ingenium , quod tum primùm mihi innotuit , cum Te hic

Ro-

Romæ de abditarum rerum argumentis  
peritissimè mecum differentem , cum stu-  
pore audiui , & cum tredecim Linguarum  
ac Nationum selectis in familiam Tuam,  
veluti Academicis quibusdam Aſſeclis,  
Te hic spectaui. Quid Proſapiæ Tuæ ſive  
antiquitatem ſive ſplendorem memorem ?  
Etenim ex peruerſuſta Pethenediorum  
Comitum domo rerum gestarum gloria  
celeberrima originem ducis. Item è Re-  
gia Bathoreorum familia per Elisabetham  
Bathoriam Francisci Nadaſdi Aui Tui  
coniugem deſcendis , quam Stephanus Ba-  
thoreus primò in Principatus Transylvaniae , deinde in Regium Poloniae ſolium  
euectus , in adeò altum dignitatis gradum  
gestorum magnitudine euexit , vt vix illi  
quicquam addi poſſit.

Quid dicam de Paulo , Thoma , Fran-  
eifo Nadaſdijs , quorum illum grandibus  
officiorum titulis à Cæfare cumulatum ,  
Terrorem Turcarum vniuersa celebrauit  
Hungaria. Hi , vti Hungariæ commemo-  
rant Historici , rara felicitate & incredibili-

an.

animi magnitudine victorijs inclyti , tan-  
tam fibi nominis famam , rerumque contra  
Turcas gestarum celebritatem compara-  
runt , gestis vt suis aliquorum fidem ex-  
cessisse videantur . A quibus minimè de-  
gener est Tuus ad magna & ardua semper  
intentus animus , tanto meritorum virtu-  
tumq; cumulo confertus , vt proindè vel iam  
Orbi thema dictes , in amplum Posteris vir-  
tutum Tuarum argumentum .

Suscipe itaque hoc literarium mu-  
nusculum , tanquam perpetuum mei in Te  
affectus & obseruantiae symbolum : inue-  
nies in eo dignissima capacissimæ men-  
tis Tuæ pascua ; amplissimos ingredieris no-  
uorum argumentorum campos , queis sum-  
mi ingenij Tui vires non tantum experia-  
ris , sed & animum Tuum anagogica &  
mystica quadam numerorum ratione ad  
æternæ felicitatis arrham instruas . Vale  
omni virtutum genere Excellentissime  
comes , grande Hungariæ decus & gloria .  
E Coll. Rom Soc. Iesu. 17. Julij 1665.

PRÆ-

# PRAEFATIO AD LECTOREM.



Rithmologiam arcanarum rerum opulentia  
confertam editurus, non longis verborum  
ambagibus, non molibus numerosi ratiocinii  
lenocinijs, sed Laconum more, propositum  
mihi argumentum paucis breuibusque ex-  
pediendum duxi. Non ignoro complures  
amplum hoc de mystica numerorum doctrina,  
schema affatim prosecutos fuisse; ut proinde post illos, peracta  
iam meſe, nihil aliud nisi vilium stipularum collectio, in qua  
explicanda, industriam meam collucem, relictā videatur.  
Quidquid sit, mearum partium erit abiecto cortice, medullam  
rimari: argumentum quod vii semper magni mihi momenti  
visum fuit, ita quoque ab alijs precium eius, aut ignorantibus,  
aut ignoranter despicientibus ad incudem reuocatum, eo splen-  
dore, ni fallor, illustrare conabor, ut ex eo non exiguum in  
Republicam Literariam, tum lumen, tum emolumentum re-  
sultaturum confidam, ad hoc, tum grauiſſimorum auctoritate  
virorum, quā literis, quā exhortatione instanter sollicitan-  
tium, tum zelo gloria Dei ordiendum potissimum inductus:  
Cum enim iam dudum ex abdita numerorum doctrina perpe-  
ram siue accepta, siue intellecta, portentosa superstitionum et  
maleficiorum hominum audacia cōmenta in publicum emer-  
gere cognossem; magnum sane me opera precium facturum exi-  
stimaui, si prius abditis numerorum proprietatibus, iuxta apo-  
diēticam Geometrię amūſim expositis, id deinde quod legi-

timunt, sanum, innoxiumque foret selectum, ab illegitimis,  
spurijs, ac perniciosis numerorum cibis separatum, tum ad  
cauiclam hominum plus aqua curiosorum, tum ad stulta quo-  
rundam deliramenta, vanam mendaciam, & insanias falsas,  
circa superstitiones numerorum effectus extirpandas, serio &  
ea qua licuit studia animique contentionem, mente meam ad  
diuini Numinis gloriam apponere. Quod hoc opusculo paucis  
exequi conatus sum. Ne verò apud dicas in eo progredere-  
mur: Prima originem & Fabricam tradimus numerorum, in  
qua modum & rationem à primis mundi incolis ad hac  
usque tempora in numeratione rerum obseruaram: & deinde  
magis magisque, cum ab Hebreis, Chaldeis, Arabibusque,  
cum à Gracis ac Latinis exultam exhibemus. Quibus quidem  
ritè expositi, admiras quasdam pronicorum numerorum pro-  
prietates, in secunda Libri parte explicandas procedimus. Cum  
verà complures ex Arابum Schola, abditas horum numerorum  
rationes curiosius contemplarentur, hinc certò aliquid humanae  
rebus sublimius sub ipsis recondi sibi amenter persuaserunt; ut  
de prima magica vanitatis rudimenta prodiorum, dum  
buiusmodi numeros, quos veluti sacrosanctos, & prorsus  
diuinos tenebantur, Astrologia paranympha in fabricam  
amuletorum extollentes, numerorum castroquin infallibili  
arithmeticæ demonstrationis ratiocinia insistentium proprietates,  
turpi characterolatrias criminis contaminarunt. Quos nefandi  
Gnostici succensuratores & impuris perfida sue sectæ dogmata in-  
cum Aegyptiorum Demonolatria inseruerunt. Secuti fuere  
hosce studium Cabalistarum vulgus, quod ex fanatica He-  
breorum numerica Cabala depromptis numerorum non myste-  
rijs, sed deliramentis in diuinatoria artis usu assumpserunt:  
quod satanicum dogma adeò hinnimum mentes ex abominando  
artis.

artis & su infatuatas peruerit, ut magnum quid se obtinuisse videantur, si à quopiam Sarana ministro huiusmodi numerorum Sacramentum adopei fuerint: quorum quidem falsares & grandes imposturas ex imis fundamentis in. III. & V. ¶  
V Parte confutamus.

Hicce quoque pari methodo peractis, restat & vera & realis numerorum mystagogia, quam in Ultima huius Libri parte tradimus: in qua mysticas numerorum rationes iuxta SS. Patrum mentem, multiplici sensum ratiocinio fultas explicamus: ut inde haud exiguum emolumentum in Lectoris animum emanaturum confidam. Mysticam exhibitionem vide in frontispicio libri: In quo Monas Tri-una sub triangulo equilatero comprehensa, in Angelicum nouem Chororum mundum intellectualm, in tres hierarchias, qua per totidem idealia triangula equilatera sibi implexa notantur, disperita influit: quin & per mundum intellectualm fuit Angelicum, in Mundum Sidereum, & hinc in elementarem utrique miro & ineffabili modo se communicat. Ut enim conditrix sapientia, Tri-una in numero, pondere & mensura tria diuisione condidit omnia; ita quoque Veteres Sapientes Hebrai, Graci & Arabes mysterium subolfacientes, Mundi tam intellectualis quam corporei constitutionem, non meliori modo, quam per abstractas huiusmodi numerorum rationes exponi posse existimarent. Vidi & miram hanc mundialium rerum concationem Siracides in suo Ecclesiastico cap. I. dum de Sapientia praeftatus, diuinum hoc epiphonema prouulit. Disciplina Sapientiae cui reuelata est & manifestata, & multiplicationem ingressus eius quis intellexit? unus est altissimus, creator omnium omnipotens, & Rex potens & metuendus nimis, sedens supra thronum illius, & dominans Deus: ipse creauit

illum in Spiritu Sancto , & vidit , & di numeravit , & men-  
sus est , & effudit cum super omnia opera sua . Atque haec  
sunt que Lectora curiosa peneis communicanda duxi . Valez  
cognoscere faue .



IOAN-

IOANNES PAVLVS OLIVA SOCIETATIS IESV  
Præpositus Generalis:

CVm librum P. Athanasij Kitcheri nostræ Societatis Sacerdotis, de arcana numerorum Mysterijs, tres eiusdem Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In circuitu rei fidem, &c.  
Dat Romæ 18. Nouembris 1664.

Ioan. Paulus Oliva.



Imprimatur, si videbitur Reverendiss. P. Mag. Sac. Palatij Apost.

O. Archiep. Patracum. Kiceg-

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Pal. Apost.  
Mag.

# INDEX CAPITVM

Quæ in hoc Libro continentur.

Præfatio ad Lectorem.

Pars I. De priscis Numerorum notis, earumque fabrica & origine.

Cap. 1. De primæua Numerorum origine. fol. 1.

Cap. 2. De Græcorum veterum notis numericis, earumque fabrica. fol. 7.

Cap. 3. De Iudeis numerorum. fol. 12.

Cap. 4. De priscis Latinorum notis Arithmeticis, earumque origine & fabrica. fol. 18.

Cap. 5. Numerorum, quibus prisci Latini vtebantur, fabrica. fol. 22.

Cap. 6. De Agorithmo. De zyphraturam, siue hodierna die visitatorum numerorum origine & fabrica. fol. 40.

Pars II. De arcanis numerorum quorundam, quos Pronicos vocant, proprietatibus.

Præfatio ad Lectorem. fol. 57.

Cap. 1. De ministrorum effectibus. fol. 59.

Cap. 2. De mysterijs huiusmodi numerorum. fol. 64.

Cap. 3. De Mathematico fabricæ & constructionis dictorum Sigillorum ratiocinio. fol. 73.

§. 1. Quadrati constructio, quod ex ternario in seipsum ducto constituitur, estque Sigillum Saturni. fol. 74.

§. 2. Secundi quadrati quod ex 4. in se ductis emergit,

- git, constructio Mathematica, atque Sigillum Iouis  
 nuncupatur. fol. 83.  
 §. 3. Quadrati terij constructio Mathematica, quod  
 & Sigillum Marsis dicitur. fol. 88.  
 §. 4. De constructione Mathematica Quadratis quarti  
 Sigilli Solis. fol. 91.  
 §. 5. Constructione Quadrata, seu Sigilli Veneris Ma-  
 thematica. fol. 96.  
 §. 6. Constructio Sigilli Mercurij ex Quadrato. 64.  
 fol. 99.  
 §. 7. Constructio Sigilli Lunae Mathematica, sive  
 Quadrati 81. fol. 103.  
 §. 8. De Quadratis Cubicis. fol. 106.  
 Cap. 4. De alijs & sedi huiusmodi numerorum dispo-  
 sitione. fol. 110.  
 Cap. 5. De numeris primiti, eorumque in quadratis pa-  
 triam terminorum dispositione. fol. 123.  
**Pars III.** De Arabum Hebreorumque numeris, &c mysticis  
 Sigillis, quæ ex ijs conficiebant.  
 Cap. 1. De varijs modis, quibus Hebrei & Arabes Sigil-  
 la sua conficiebant. fol. 150.  
**Pars IV.** Arithmomantia Gnosticorum per icones, sive,  
 de areanis numerorum, queis Gnosti Hæretici  
 primi seculi ad magicas operationes vtebantur.  
 fol. 169.
- Præfatio.**
- Cap. 1. De superstitione Gnosticorum sectar origine,  
 modo, ratione. fol. 170.  
 Cap. 2. Sigillorum Magorum, seu Telestatum ex initis  
 Gnosticorum principijs veritas exponitur. fol. 177.  
 Cap.

**Cap. 3.** Aliorum Sigillorum praecedentibus haud dissimilium interpretationes . . . . . fol. 187.

**Pars V. De Magicis Amuletis.**

**Cap. 1.** Explicatio nonnullorum Sigillorum . . . . . fol. 216.

**Cap. 2.** De Cabala Pythagorica . . . . . fol. 226.

**Cap. 3.** De Rota Vitæ & Mortis . . . . . fol. 233.

**Pars VI. Mystagogia Numerorum , siue de Mystica numerorum significatione .**

**Præfatio.** . . . . . fol. 239.

**Cap. 1.** De Monade siue unitate mystica. . . . . fol. 241.

**Cap. 2.** Quomodo unitas seu Monas trina dici possit . . . . . fol. 247.

**Cap. 3.** De Mysterijs Tetradiis seu quaternarij. fol. 259.

**Cap. 4.** De Quinario, Scenario, Septenario, &c. usque ad Denarium inclusiuè . . . . . fol. 267.

**Cap. 5.** De Catenis rerum numeralium per numeros expressis. . . . . fol. 280.

**Cap. 6.** De mysticis numerorum catenis . . . . . fol. 283.

ARIT-

# ARITHMOLOGIAE

## P A R S I.

De priscis Numerorum Notis earumq;  
origine & fabrica.

### CAPV T I.

*De prima Numerorum origine.*



Ationalis fabricæ naturale quoddam pul-  
lulans principium numerus est ; mentis  
enim expertia, vti bruta, non numerant ;  
sed & hic ipse nihil aliud est, quam ratio  
explicata : ideo enim numerus princi-  
pium eorum, quæ ratione attinguntur, esse probatur,  
vt eo sublatto nihil omnium remanere, ratione conuin-  
catur : siue enim ratiocineris, siue componas, siue diui-  
das, siue distinguas, siue denique quacunque tandem  
ratione vnum cum altero conferas, aut vnum ab altero  
separas, id utique absque numero fieri non potest : Numerus, ra-  
proinde Plato Neocli interroganti, cur homo sapientis  
simum animal definiatur ; non incongrue responde-  
rit ; ὅτι ἀριθμὸς οὐκίσα) : quia numerare nouit . Atque  
ex hoc combinatricis mentis ratiocinio nascitur multi-  
plex illa & foecundissima numerorum origo, quæ vti  
ex unitate illa maxima & archetypa profluxit , ita hu-

A

mano

## 2 Origo & Fabrica Numerorum.

mano intellectui insita , quidquid agit , per illam agit , donec in eam tandem , vnde profluxit , unitatem triunam resoluatur . Quoniam vero homines ad manifestandos intimos animi conceptus sub eadem numerorum forma subsistentes , signum extrinsecum veluti iure quodam suo requirebant , quo numerosos huiusmodi in mente latentes conceptus manifestarent , hinc natæ sunt variæ illæ diuersarum gentium , quibus sese inuicem explicabant , nomine & symbola , quæ vel à primis nascientis Mundi incunabulis originem suam duxisse adeò certum est , quam certa sunt sacra Pentateuchi volumina , quibus iam viuente adhuc humani generis protoplasto , numerorum formandorum rationem viguisse , metris notæ interpretes ex Sacra Genesios Historia amplis ratiocinijs deducunt , ubi & Adamus primus omnium artium & scientiarum inuentor dicitur : & Suidas hisce

Inuentio nu  
merorum. verbis docet : *Adamus primus homo, Dei manu effectus, ad imaginem & similitudinem Dei efformatus, iure primus Sapiens appellari potest: εἰς τὸν ἄτονον οὐ διηγεῖται οὐδὲ πάσιν κανόνας, οὐδὲ σάρπος ακεφάλην οὐδὲ θύμοντας αἴρεται μέτρον τέττας οὐδὲ τέχνας, οὐδὲ γεωμετρία, τέττας θεοτήματα λογισμούς οὐδὲ αλογούς: τέττα ποντίας οὐδὲ ματαίας, οὐδὲ ζεύς τέττα βίος οὐδὲ θάλασσας οὐδὲ θάλαττας. Huius igitur sunt artes & literæ, huius scientia rationales & non rationales, id est, mechanica, huius omnes inuentiones: Et quicunque ad vitam necessarias faciliat ratione tibi dicitur, invenit omnia eorum protoplastus inuentor fuit: Vnde Iubal Henochides ab eodem Adamo instruitus, Arithmeticam & Musicam, quæm didicerat, in humani generis usum, pri-*

# Origo & Fabrica Numerorum : 3

primus educens, pater appellatus fuit canentium Cythara & organo; uti quarto Genesis capite legitur. Cuin itaque nec cantus, nec instrumentorum Musiconum dispositio sine numeris, & sine certa numerorum notarumque singulis interuallis competentium proportione confici posset, utique eas, meliori quo in primis illis Mundi originibus, fieri poterat, modo exhibuit, legesque posteris suis ijs informandis præscripsit. Quales autem illæ fuerint, uti temporum immemorabilis vetustas nobis inuidit; ita quoque nihil nobis, nisi conjecturæ ad eas cognoscendas, supersunt. Rabbini, & inter cæteros celebrior Rambam dictus, in suo Motore nebuchim, id est, perplexorum Doctore, putat hujusmodi notas numericas alias non fuisse, nisi puncta, aut lineolas, ex quibus veluti ex unitate assumpta, amplissimas numerorum series educerent: verba eius ex hebraico deducta sunt:

זראות נים בני הארץ פטר רביינו זל מצאו זרים מני החשובנות וצורתם כצורת חירות חנוך רוחה .  
*Primi filij Adam, quemadmodum Rabbini nostri, quorum memoria in benedictione, tradunt, inuenierunt signa computationum, eorumque figure non absimiles sū Iod puncto; ex huius enim multiplicatione numeros exhibebant: hoc pacto per Iod, unitatem exprimebant, binarium duobus ־ וּ notabant, ternarium tribus ־־וּ. quibus in Thargum Nomen Dei triunum passim expressum videmus; & sic de cæteris, uti ex primæ Abaci columnæ notis, ex Rabbinorum libris depromptis patet: atque hisce ijsdem punctis hebraici Alphabeti literas*

Rambam do  
ctor perplex-  
orum.

A 2

forma-

Ex Iod he-  
braico velu-  
ti unitate  
numeri reli-  
qui compo-  
nebantur.

## 4 Origo & Fabrica Numerorum.

formatas &c &c. amplè Rab. Kimchi, & Rab de Balmis in Dicduk sive in sua grammatica docet, quos consule. Atque adeò haud inuerisimile videatur, primæuos homines, huiusmodi punctorum multiplici additione, subductione ac multiplicatione singulas numerorum species exhibuisse, utpote quorum plerique ~~erat~~ literarumque expertes, nulla prævia arte, aut Magistris instructione, solo rationis dictamine, per puncta aut lincolas, quod & hodierno æuo in rusticis vñi venire solet, expresserint, vt dum per vñam lineolam carbone aut creta depictam I. II. III. IIII. & sic de cæteris ordine naturæ pingere solent. Verum cum succendentibus seculis, hominibus experientia doctioribus, modus hic incommodior visus fuisset, quam ut omnes numerorum species eo aptè exprimerentur, Hebrai paulatim neglecta punctorum coaceruatione, Alphabeti literis, loco numerorum vñi sunt, cuius artificij

Rusticorum  
modus com.  
putandi.

Litterarum  
pro numeris  
introductio.

congruè libro de origine Sacre Scripturæ literarumque facit. Quos deinde secuti Aegyptij ex Chami progenie nati, omnium primi, qui post Cataclismum scientiarum artiumque cultu, nec non Arithmeticæ inventione, teste Josepho, celebres in Mundo claruere; Hebreos. Aegyptiosque secuti sunt Chaldaei, & successu temporum Syri, & ab hisce tandem Graci, à Gracis Romani, numerorum per Alphabeti literas exprimendorum. modum mutuati desumpserunt; vt ex sequenti tabula pater. A primis autem Scriptoriæ artis exordijs, literas Alphabeti Hebraici in locum numerorum assumptas, pulchre often-

*Abacus Alphabetorum exhibantur.*

Prima numerorum signatio ex Rabi- aorum traditione.	II Numeri Alphabe- ti Hebrai	I Numeri beti Syr- i Caldaici	VIII Numeri La- tini ordina- riij.	Nume- ri per abbre- uiat.
,	I	X	I	I
"	2	Z	2	II
"	3	X	3	III
"	4	ט	4	IV
"	5	נ	5	V
"	6	ו	6	VI
.....	60	□	600	D 500
.....	70	ל	700	DC 600
.....	80	ט	800	DCC 700
		ט	900	DCCC 800
		X	1000	DCCC 900 CM
& sic de- cate- ris.				



# Origo & Fabrica Numerorum: 5

ostendunt nonnulla tum in Genesi, tum in psalmis potissimum threnisque obseruata numerica per literas paradigmata: Inchoant enim vel membra, vel hemistycha versuum iuxta scriem litterarum Alphabeti: hoc pacto distinguuntur psalmi. 111. & 112, vel inchoant integros Numerus psalmorum per literas. Hebraicas indicatur. psalmorum versus, vti videre est, psalm. 25. 34. & 145. vel vt in psal. 37. Singulæ literæ duos versus simul, cum nonnulla tamen varietate, exordiuntur: In psalmo 119. singulæ literæ octonos versus ordine inchoant, vndē totidem octonarios is psalmus habet, quod apud Hebreos. sunt literæ, nimurum 22. & ab Hebreis vocantur מְבָרֶךְ רָאשֵׁה. rasche theuoth, id est, capita vocum, a. Græcis ακροσιχε, id est, versuum initia. Inuenitur & hoc acrostichidum genus in threnis Jeremias, quæ ab interprete lamentationes redduntur: Nam in quatuor quidem capitibus primis litterarum Alphabeti, ακροσιχε, μερόσιχε, reperitur, vbi videlicet singulæ literæ versus ordine inchoant; in tertio vero capite eodem ακροσιχε est ειςιχε. eo quod singulæ literæ in tribus versibus ordine sint initiales. Maximè vero in hoc numero scribendi genere claverunt, quos Hebrei, קִלְבָּמָת vulgo Cabalistas, Secretiorum in Sacra Scriptura occurrentium sensuum interpres vocant, qui in hoc toti sunt, ut mysteria sub sacris paginis abdita per numeros sub literis Hebraicis, קִלְבָּמָת, eruant. Verum de hisce multis varijsque modis exemplisque demonstrata, uberrimè profert Tom. III. Oedipi. Synagm. de Hebraorum Cabala. Quid vero & quales sunt hi numeri קִלְבָּמָת, postea dicetur. Nos igitur ad in-

Cabalisticæ  
numerandi  
ratio.


## 6 Origo & Fabrica Numerorum.

institutum nostrum revertantur, sicut non in usitato


Dispositio  
numerorum  
iuxta Al-  
phabeta.

Primo itaque, Hebraicorum ceterorumque Oriente-  
tium mos fuit, vniuersas numerorum series, nouena-  
ria distributione, veluti in classes quasdam disponere,  
quarum prima quidem *imās pīrādōw*, id est nouenaria  
vnitatum, & primas novem literas continet, modo non  
Hebreis tantum, sed & Chaldeis, Syris, Arabibus, Coptis,  
Græcis, Aethiopibus, Armenisque visitato, ut in  
epilogetico numerorum omnium diuersis gentibus &  
nationibus visitatorum Abaco *Qawānīz* patet. Altera  
Classis nouenaria est denariorum, siue *imās ḥādōw*.  
Tertia Classis est, nouenaria centeniorum, & est  
*imās ḥādōw*. Quarta est *imās muwādōw*, id est no-  
uenariorum classis millesimiorum; atque hisce omnes  
numerorum series exprimere solent.

*imās I. pīrādōw*. siue Nouenaria vnitatum.

  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 20 30 40


*imās II. ḥādōw*. siue Nouenaria denariorum.

  
50 60 70 80 90 100. 200. 300. 400. 500. 600.

*imās III. ḥādōw*. siue Nouenaria centeniorum.

  
700. 800. 900. 1000. 2000. 3000. 4000. 5000.

*imās IV. muwādōw*. siue Nouenaria millesimiorum.

  
6000. 7000. 8000. 9000.

Hoc

Hoc pæsto Annum præsentem Christi notamus hisce numericis literis ~~αριθμοῖς~~, vel sic: ~~αριθμ.~~ 1665. Chaldaeorum vero, Syrnum, Coptorum, Arabum cæterorumque in Novenariorum id est, ~~ceterarum~~ dispositione. Modum & rationem vide in citata paulo ante tabula omnium combinativa numerorum. Quare ad Græcorum ~~φιλολογίας~~ progrediamur.

### CAPV T. II.

#### De Græcorum veterum notis numericis.

#### pedimentum fabrica.

**Q**uanta ex Homeri ceterorumque Poëtarum monumentis explorare valuimus, eos omnes, suos libros iuxta Alphabetum Græci literas disposuisse raperio: & ex Iliadum diereticis 24. libris luculenter patet, qui à vegetibus Grammaticis. & ut plerique putant, ab Aristarchiorum dispositi fuere, ut printus Liber inscribatur Αλφα; Secundus Βητα; Tertius Γαμμα; atque hoc pæsto frequentes libros singulis sua numerica littera signarentur quas & ~~καταστάσεα~~ ~~τοις σημείοις~~ appollabant. Illuc iuntur deinde numeri Manuscriptis Codicibus subinde dicti libro alio modo etatis videlicet ~~τοις σημείοις~~ ~~τοις σημείοις~~. Dico hancmodi signationib[us] esse, quānquam quādam, qua per abbreviationem dictos Libros allegamus. Hoc enim pæsto per ~~τοις σημείοις~~ lineatum ~~τοις σημείοις~~ per annos vero ~~τοις σημείοις~~ exponitum librum, ~~τοις σημείοις~~.

per

Libri Homeri  
ri qualibus  
numeris si-  
gnarentur.

## 8 Origō & Fábrica Númerorū.

per  $\alpha$ .<sup>rum</sup> Genitiūm ; per  $\tau$ .<sup>rum</sup> Datīum in hac bant ; In secundi vērō libri citatione ,  $\tau$ .<sup>rum</sup>  $\beta$ .<sup>rum</sup> secundū Librum se allegare, pro phrasis necessitate, significabant, quæ hic apponenda duxi , ut Lector, si quandoque huiusmodi Manuscripta voluerit , quo ab huiusmodi modis leso extricet , habeat . Sed iam ad reliqua progrediamur .

Græcorū  
veterum in  
numerorum  
dispositione  
modus.

$\Pi$  Quinarij  
nota &  
cur.

$\Delta$  Denarij  
nota &  
cur.

H Cur 100  
notaret.

Quomodo itaque Græci veteres suos numeros per Alphabeti literas exhibuerint, Tabula numerorum combinatoria exactè demonstrat :  $\alpha$ . Iquidem usque ad quinarij notam , monadum additione I. II. III. IIII. vtebantur : nē vērō hæ plus aquo multiplicare confusione parerent , quinarium loco quinque unitatum , per  $\Pi$ . quæ est initialis litera vocis  $\pi\eta\mu\sigma$ , expressere , cui de- nuò adnectebant easdem unitatum lineolas usque ad denarium , cuius loco substituebant literam  $\Delta$  , initialē videlicet literam vocis  $\Delta\eta\mu\sigma$  : Séquentes postea denarios exhibitari , vicenariū ex primebant duobus  $\Delta\Delta$  , tricenariū tribus  $\Delta\Delta\Delta$  , quadragenariū quatūor  $\Delta\Delta\Delta\Delta$  , quinquagenariū vērō  $\Delta\Delta\Delta\Delta\Delta$  , quāsi diceret  $\pi\eta\mu\sigma\Delta\eta\mu\sigma$ , signabant ; & hoc ordine per continuā additionem , numerum producebant usque ad centum ; quem numerum per H exprimebant . Cur vērō huic tentenariū numerū per literam H (quæ secundum ordinem literarum Alphabeti Græcas nici alijs non nisi Octonarium notat) expresserint, idēo factum est , quod hac litera; duplicita  $\Pi$  constet, una recta, altera inuersa & supina  $\Pi$ , quæ simili invenia , 100 significant, ex quibus nota hac cénsonaria  $\Pi$  conficitur.

# Origo & Fabria Numerorum. 9

quarum virtus si  $\Delta$  inclinatur imagineris (quarum tamen additionem data opera compendij causa neglexisse videntur) emergent duo quinquagenarij, quibus una exadras siue centenarius ~~et~~ incongruè exprimitur. Quod verò hanc centenarij notam ab initiali littera  $\pi$  uerò, quod Ionicè centum significare putant, originem suam sumplisset volunt, audiendi non sunt, cum exarata vox in omni Græcorum Dialecto, nunquam cum H. scripta reperiatur. Atque ex huius notæ reperita additione usque ad 500, quæ hac nota signabant  $\text{H}$  quasi diceret, usque ad millenarium usque pertingebant, quem ab initiali voce  $\chi\lambda\alpha$ , quod milie norat, X nota exprimebant; & hinc idehtideri repetita usque ad 5000 milia, quæ hac nota  $\text{X}$  signabatur, quasi diceret πιλια, & tandem usque ad 10000, quæ M litera initiali Mu'ea exprimitur, procedunt; & hinc noua denuò monadum, decadum, hecatontadum, schiliadum myriadumque additione, numerorum ordo paulatim in infinitum propagatus, sub sex simplicibus notis, omnem veterum Græcorum computum comprehendit, & sunt sequentes.

- |        |                                    |
|--------|------------------------------------|
| I.     | I. unitas.                         |
| 5.     | II. ab initiali litera πιλια.      |
| 10.    | Δ ab initiali litera Δέκα.         |
| 100.   | H. à duobus Πιλια recta & inuersa. |
| 1000.  | X. ab initiali litera Χίλια.       |
| 10000. | M. ab initiali litera Μύεια.       |

B

Epi-

# 20 Origō & Fabrica Numerorum.

Epilogismus Græcæ ἑπολογίας iuxta suas encaedes dispositus.

## Primus Modus.

I. ἕντες περιέχουσαι. Nouenarius unicatum.

α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	θ
I	2	3	4	5	6	7	8	9

II. ἕντες δικαδευτικοί. Nouenarius denariorum.

α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	θ
10	20	30	40	50	60	70	80	90

III. ἕντες εκατοντάδευτοι. Nouenarius Centenariorum.

α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	θ
100	200	300	400	500	600	700	800	900

IV. ἕντες χιλιάδευτοι. Nouenarius Millenariorum.

α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	θ
1000	2000	3000	4000	5000	6000	7000	8000	9000

V. ἕντες δικαχιλιάδευτοι. Nouenarius 10. millenariorum.

α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	θ
10000	20000	30000	40000	50000	60000	70000	80000	90000

VI. ἕντες μεταάστοι. Nouenarius 100. millenariorum.

α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	θ
100000	200000	300000	400000	500000	600000	700000	800000	900000

Apud Herodianum Grammaticus Græcus. habet & notas alias sex numerorum Græcis visitatas, quæ à literis initialibus serè sumuntur, quæ omnes quater vicibus sua fyzigæ notæ,

Alius Græcis vītates Numerorum Epilogius.

. Origō & Fābrica Numerorūm.

notæ , id que bis in sua Clasē enneadica sive nouenaria ad dextram adduntur , vt sequitur :

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	VII.	IX.	X.
I											
1	1	2	3	4	5	6	7	8	9		
Δ	ΔΔ	ΔΔΔ	ΔΔΔΔ	ΔΔΔΔΔ	ΔΔΔΔΔΔ	ΔΔΔΔΔΔΔ	ΔΔΔΔΔΔΔΔ	ΔΔΔΔΔΔΔΔΔ	ΔΔΔΔΔΔΔΔΔΔ	ΔΔΔΔΔΔΔΔΔΔΔ	ΔΔΔΔΔΔΔΔΔΔΔΔ
10	20	30	40	50	60	70	80	90			
H	HH	HHH	HHHH	HHHHH	HHHHHH	HHHHHHH	HHHHHHHH	HHHHHHHHH	HHHHHHHHHH	HHHHHHHHHHH	HHHHHHHHHHHH
100	200	300	400	500	600	700	800	900			
B	X	XX	XXX	XXXI	XXXII	XXXIII	XXXIV	XXXV	XXXVI	XXXVII	XXXVIII
1000	2000	3000	4000	5000	6000	7000	8000	9000			
M	MM	MMM	MM	MM	MM	MM	MM	MM	MM	MM	MM
10000	20000	30000	40000	50000	60000	70000	80000	90000			

## 12. Origo & Fabrica Numerorum.

### Exempla ex Authoribus deprehensa.

Numerus  
populi ab  
Augusto re-  
cogniti.

Numerus  
Iudeorum  
in captiu-  
te Babylon-

Suidas de Augusto populum recensente ait: Λοέθρι-  
ας οἱ Ἡ Παρεγγένειοι στάσις ὑπεράδες τῷ χίλιοι οἱ αὐτοῖς:  
ινuenerunt sexcentas myriades τῷ 17. viros, quæ noltro  
computo faciunt 4101617. id est, quadrages semel  
centum mille & 17. viros, vel quatuor milliones, &  
centum & unum, & 17. viros. Iosephus lib. 2. cap. 4.  
numetum Iudeorum à Captiuitate Babylonica in Iu-  
dæam rediuntur suisse pupiades, οἱ βῆ οἰτανχίλιοι præ-  
ter Lætitias, id est, 4628000, quatuor milliones, & sex-  
centa viginti octo millia.

## CAPUT III.

### De ieronimia Numerorum.

*ieronimia  
numerorum  
quid?*

**I**Nueniuntur & apud Græcos Numeri, quos ieronimus,  
id est, æqualis calculi, vocant, quos ab Hebræis  
desumpserunt; consistebant autem hi numeri in eis,  
quod inventis duobus nominibus in numeris resolutis,  
ex æqualitate numerorum, ex huiusmodi diuersis nomi-  
nibus resultantium, ad aliquid vel bonum vel malum  
ingeniosè alluderent, & Cabalistis maximè in usu est;  
Sed nonnulla exempla subiungamus:

13. Cap. Apocalypsis sic habetur: *Qui mente  
præditus est, computet numerum bestia, numerus enim  
eius est ΧΣ, 666.* Dici non potest, quantum hic nu-  
merus multorum Interpretum torsetit ingenium: adeo

vt

# Origo & Fabrica Numerorum. 13

vt Interpretes ad vnum ferè omnes hunc locum καὶ τὰ  
~~κερδεῖσθαι~~ expediendum existiment. Hæretici nullum  
 non lapidem mouent, quām vt hunc numerum Ro-  
 mano Pontifici, quem Antichristum vocant, applicent,  
 & putant se id ostendere in duobus nominibus: Ααρανοῦ  
 & hebraicè רָאוּתָה. quæ resoluta in numeros dant 666,  
 vii hic patet.

A	30	ר	200	Sed hi quidlibet ad hoc adstrue- dum, mirum in modum tortum
A	1	ר	6	
T	300	ת	40	assumunt, vt suis id persuadeant,
E	5	י	10	vt in hoc exemplo Hebraicis no- tis. exhibito patet, vbi Romij,
I	10	ו	10	Romanum indicant, id est Pon- tificem ; sed cum numerum
N	50	נ	40	666. reperire nequirent, appo- fuerunt illi in fine n. notam
Q	70			
Σ	200			400. Sic ex Romij רָאוּתָה. fe- cerunt Romijth, atque aduerbialiter nihil aliud signi- ficat, quām Romanè, quod vti nihil significat, id risum quoque sapientibus mouet. Catholici verò & ortho- doxi ridentes hanc rationem, quām illi contra Romi- num Pontificem machinabantur, eam in Lutherum & Caluinum retorserunt. In nomine enim רָאוּתָה, Ita- lica pronunciatione idem numerus Apocalypticus, continetur, vti & in patriæ nomine Lutheri Σαξόνιος, fuit enim Saxo. Vide Bellarmine lib. de Antichriito. de his fusius agentem.
	666		666	

Poë-

## 14 Origo & Fabrica Numerorum.

$\Sigma$	200	$\frac{1}{2}$	30
A	I	7	6
Z	60	7	400
O	70	7	200
N	50	8	<del>666</del>
E	5		
I	10		
O	70		
$\Sigma$	200	<i>hui Lethe</i>	
		666	666

Poëtas veteres hoc numero  
mum genere delectatos,  
docent nonnulla exempla: Ari-  
stides volens Damagoram bipe-  
dum nequissimum indicare, id  
ingeniosè sanè per *ἰεράς* nume-  
ros præsttit, dum cum peste per-  
niciose vocat, ex voce Λῆμος  
quæ pestem significat allusione  
facta; utraque enim vox in nu-  
meros rcsoluta Δαμαγός & Λῆμος eundem numerum  
prodit: Sic nonnemo Nilum cum Meno flauio com-  
paraturus, inuenit Νᾶλος & Μένος, καὶ τὸ ποτίσμα numerorum  
respondere, utpote quoruna utrumque nomen  
faciat 365. tot nimirum, quot annus integer Solaris di-  
erum est.

$\Delta$	4	$\Lambda$	30	$N$	50	$M$	40
A	I	O	70	E	5	E	5
M	40	I	10	I	10	N	50
A	I	M	40	A	30	O	79
G	3	O	70	O	70	$\Sigma$	200
O	70	$\Sigma$	200	$\Sigma$	200		
P	100						
A	I						
$\Sigma$	200						
	420		420		365		365

Tale est, quod in Oraculis Sybilllicis legitur de Nominis  
IESV, his verbis, & erit numerus eius monadum,  
deca-

# Origo & Fabrica Numerorum. 15

decadum & hecatontadum octo, id est: 888. in talem enim numerum resoluitur nomen ΙΗΣΟΤΣ.

I 10 Quo genere numerorum & veteres Iatros  
H 8 usos fuisse, monstrauit Iouis Simulacrum,  
Σ 200 quod ita effectum fuisse tradunt veteres Ro-  
O 70 manarum antiquitatum Scriptores, ut in  
T 400 dextra quidem manu. T, in sinistra vero ει,  
Σ 200 literas præferret, quæ in numeros tractare re-  
soluta dant 365. quod videlicet annus, cui præficitur  
putabatur Janus, tot idem dies contineret. Vide de  
hoc Suidam, voce παντού. Plinius quoque lib. 34.  
cap. 7. de Lino sic loquitur: *Præterea Janus geminus*  
et *Numa Rege dicatus, qui pacis bellique tempore ar-*  
*gumenta colitur, digitis ita figuratur, ut trecento-*  
*rum quinquaginta quinque nota per significationem*  
*anni, temporis et) cui se Deum indicaret, qui ta-*  
*mamen per numeros non tam Solarem, quam Lunarem an-*  
*nnum, deponit qui duodecim lunationibus constet; intelligit*  
*quemadmodum per prius simulacrum, annum Solarem ex-*  
*pressit; Cum vero annus Solaris sit 365. dierum, vi-*  
*detur mendum commissum in Plinio, qui pro anno*  
*Solari habet 355. (nisi forsitan Epiphanius annum intellege-*  
*rit) nam 354. annum Lunarem conficiunt.*

Sed iam ad locum nominis Antichristi, quod cum  
numerum 666. continet, mirè se primæui ac sequen-  
tium seculorum Scriptores Irenæus, Aethias Cappa-  
dox, Primasius, Ticinius, & Rupertus Abbas, in di-  
cam numero ex varijs nominibus educenda exercuerunt;  
sed ut rei veritatem facias, parum hic, quod ad rem  
fa-

## 16 Origo & Fabrica Numerorum.

faciat, elicere possumus; Cum idem hic numerus non impio tantum Antichristo, sed & Sacris, & Diuinis nominibus applicari possit; imò Sacratissima nomina inueniri queant, quæ hunc in se numerum contineant, vt multis hoc loco demonstrare possem, si Ditiæ gloriae hoc nomine non me obfuturum crederem.

Sed apponamus tamen nomina Antichristi, <sup>καὶ τινὲς ισοψήφιοι</sup>, in 666. resoluta.

*Nomina Antichristi, quibus Apocalypticus numerus 666. conuenit, ex Irenæo, Aretha Cappadoce, Primo-  
sio, Ticinio, Ruperto Abbe extracta.*

Et erit numerus bestiæ sexcenta sexaginta sex.

Ευαρθάς	Euandas	Αὐτίμεος	Inclytus
Λαζαῖρος	Latinus	πακός, ὁδηγός	malus dux
Τέιτα	Sol Titan	Αλιθίς βλαβερός	verus noxius
Αργύρα	Nego	πάλαι βασιλαρός	iterata inuidia
Δαμπίτης	Splendor	Αρνός αδικος	agnus iniustus
αγικίτης	Victor	Γενοπεύκος	Gensericus

Μαομέτης. Mahumed

Σαξόνης. Saxo

LVPVs pICarDVs. id est Caluinus.

# Origo & Fabrica Numerorum: 17

Iosephina seu Resolutio in numeros.

1	2	3	4	5	6
E 5 Λ 3c T 300 A 1 Γ 3 Λ 30	T 400 A 1 E 5 P 100 E 5 Λ 1	A 1 T 300 I 10 N 50 N 50 M 40	N 50 B 5 T 300 O 70 Σ 200 Π 80	Θ 9 I 10 A 1 T 400 H 8 E 5	A 1 N 50 N 50 M 40 P 100 T 300
Σ 200 O 70 Ε 5 I 10 I 10	Σ 200	K 20 Ο 70 Σ 200	Σ 200	Σ 200	Σ 200
666	666	666	666	666	666
7	8	9	10	11	12
K 20 A 1 Π 80 Α 1 A 1 M 40	A 1 Λ 40 Λ 1 M 40 N 50 Λ 1	K 20 H 8 Δ 30 N 50 T 300 O 70	O 70 Θ 9 Α 1 O 70 E 5 M 40	Σ 200 H 8 I 10 Σ 200 M 40 E 5	O 70 Σ 600 B 2 A 1 O 70 T 300
Δ 4 B 2 A 1 Δ 4 Σ 200 I 10	H 8 Λ 3 Σ 200 I 10	G 3 A 1 K 20 K 20	O 70 B 2 A 1 O 70	Σ 200 E 5 N 50 Σ 200	P 100 O 70 Σ 200
Σ 200	200	200	200	200	200
666	666	666	666	666	666

Hæc sunt nomina bestiæ Apocalypticæ numeris insignita, quorum in numero alia ab ijs, quibus sat temporis & otij est, iam adductis haud similia reperiunt possunt.

C

Cer-

## 58. Origo & Fabrica Numerorum.

Certè Mahomedani ex sua secretiori Diuinorum Cabala, horrendis superstitionibus referta: Nominis Diuino علیٰ islamis resoluto hunc numerum educunt, ut vides.

Est autem hoc nomen deductum ex initialibus literis Diuinorum nominum, quæ promissam celsitudinem sponsit denotant, ut in sequenti exemplo patet. ex quibus deinde magica sua sigilla, ut Cabala Saracenica. Oedipus Aegyptiaci fusè ostendimus, conficiunt.

و	6
س	60
خ	600
	666
ج	و
حطيت	واعد
سرق	م
sponsus.	celitudo.
promissor.	

Verum ut hæc omnia nomina adiutoria sunt, & ad sacra & profana, mala & bona facile accommodari possunt, neque quicquam ingenij aut subtilitatis obtinent, ita quoque magnis mysterijs turgida credere, non nisi infensaræ mentis esse reor. Verum cum de huius motuq[ue] vanitate in sequentibus copiosior detur rationandi materia, illuc Lectorem remitto.

## CAPUT IV.

### De priscis Latinorum notis Arithmeticis & earumque origine & fabrica.

**D**uplex numerorum forma hodie apud Latinos Arithmeticarum rerum Scriptores in usu est: Prior antiqua, altera posterior temporebus introducatur.

Prior

# Origo & Fabrica Numerorum. 19

Prior septem literis ex Alphabeto Latino depromptis  
conatur; quibus omnis qualiscumque tandem numerus  
exprimitur: & sunt: I V X L C D M. qui, uti veterum Romanorum Inscriptiones docent, una cum Latina lingua nati, in hæc usque tempora durant. Altera à Mathematicis, posteris, uti dixi, temporibus introducta, adeò ubique locorum percrebuit, ut plerique neglegentis veterum Romanorum maiusculis numeris (qui uti ad magnarum calculationum rationes cum facilitate, expediendas non adeò idonei videbantur, ita non nisi Chronographicis inscriptionibus, politiorisque literaturæ viris reseruantur) solis minusculis, videbunt zephyris, tum Mathematici, tum mercatores, & quicunque tandem quidpiam numeris confignare volunt, utantur. De priori numerorum Instituto primò, deinde de posteriori, cuius originem potissimum inquirendam duximus, nonnihil dicemus.

Originem antiquorum numerorum Priscianus & Valerius Probus, scilicet Scaligero, sic describunt: unitatem litera I. notabant, quam in quinarium usque exclusiū repetebant IIII. quinarium scribebant per V. non uti nonnulli arbitrantur, quod dimidia pars esset denarij numeri X, neque idecircò, quod plim hunc numerum scriperant per QV, & postea Q, remanente V. sustulissent; sed quod quintum inter vocales AEIOV locum possideret. V itaque litera quinarium significabat, cui unitates ad denarium usque numerum apponabant. VIII; Denarium vero numerum notabant litera X. eo quod in Alphabeti ordine statim post literam

7. literis Latinorum veterum omnibus numerus exprimitur.

Originem Latinorum veterum numerorum.

Originem numeralis notaz X V D. M.

## 20 Origo & Fabrica Numerorum.

Origo literis nota L

Clavorum  
fixio per  
numeros  
olim Romæ  
vicitata.

V sequeretur; pari consilio centenarium numerum cum statuisserent per C, sequenti litera D quingenarium deposuere, vel quia immediate C in ordine Alphabeti sequitur, ut Probus vult; vel ut alijs placet, eò quod inter D & M, quod mille significat, à D videlicet ad M. usque, quinque literæ intercedant, hoc pacto: D, e, f, g, i, h. M. (litera enim h, uti aspirationis nota est, ita inter literas non adnumerabatur); vel ut Scaliger dicit, quod D sit capitalis litera nominis Dimidium, quod dimidium millenarij numeri significat; plerique tamen Centenarij numeri notam C, à prima litera Centum, uti millenarij numeri notam M, ab initiali numero Mille, & quingenarij numeri notam D, à dimidio millenarij, id est (uti supra diximus) ab initiali litera vocis Dimidium, acceptam volunt; quinquagenarij verò numeri notam L, non à nomine, sed ex Græcorum instituto excoxitatam fuisse, Priscianus autem nat; nam uti per N, quinquaginta exprimebant, ita prisci Latini, qui huius elementi loco ponebant identidem L, ut Lympha pro Nympha, Græcos imitati, in hunc quoque usum E pro N substituere; quamquam hæc ratio multis discrecat, de quibus vide Matthæum Hostium. Quidquid sit, ex hisce patet, prisci Romanorum temporibus numerorum notas adhuc imperfectas fuisse, adeò ut Romani huiusmodi numerorum ope, annos consulares et aëris fixis, sicuti & Volsci in Templo Nortiae Deæ Herufice, uti Plin. l. 7. c. 43. tradit, nitrare consueverint, eò quod rarae tunc temporis literæ sufficiunt. Quamobrem in melioribus numerorum notis non occurserint.

rentibus, ex vetusta lege Prætor maximus Clavum figurebat, quæ figendi Clavi lex deinde revoluta ad Consules, & denique ad Dictatorem, magnis ritibus & ceremonijs peragebatur; de quibus vide Rosinum, Lipsium, Alexandrum ab Alexandro, atque Antiquitatem Romanorum Scriptores. Veruntamen ut dicta liquit dius intelligentur, hic Prisciani verba adducenda duxi, ex quibus facile intentum nostrum patet. *Hoc ignorant Latini quoque in pleniora imitari sunt: nam per I. unum notant, illos secuti. Quinque per V. quia quinta est vocalis A E I O U. decem per X. quia decima est consonans apud Gracos. Q. D. C. S. A. M. S. vel quod post V apud Latinos X. sequitur; quinquaginta per L, quia apud antiquos Gracos L pro N. quia non est quinquaginta, poscebant, iestè Apollonide. C. Lucio Tarreho, unde Latini quoque Lympa dicunt pro Nympba, aquam vel fontem volentes monstrare: Virgil. in primo Aeneide.*

Dant famuli manibus lymphas Ceretemque canistris. Centum autem per principalem nominis literam C. quingenta per sequentem literam consonantem, nam post C. D sequitur. Mille secundum Atticos per X Graciam, sed ut sit differentia ad decem, circumscriptis lateribus CXD. Quinque millia per I, et duas à dextra parte apostrophos, ID. Decem millia per superdictam formam, additis in sinistra parte contrarijs duabus notis, quam sunt apostrophi CCID. Et hoc ad imitationem Gracorum, qui præclarus noto, subduca linea, sive. quoque scribunt sic I. Quinquaginta mil.

Variaverunt  
rum Latino-  
rum in nu-  
meris dispo-  
sitione.

## 22 Origo & Fabbica Numerorum.

millia per I. medianam, & tres in dextra parte apostrophos I<sup>D</sup>D. Centum millia per I. medianam, & tres in dextra parte apostrophos & in sinistra totidē contrarias CCCI<sup>D</sup>D. Vel quod verisimilius est, decem millia notantur per M. circumscriptam ex utroque latere, sic C<sup>M</sup>D. quomodo mille per X circumscriptam ex utroque latere, sic C<sup>X</sup>D & hoc ad imitationem Gr̄corum, qui xiiii eam literam habent principalem sui nominis. Sed differentia causa media linea altior facta est, quia millies, quaqua mille per M. circumscriptam sales notari, sic C<sup>M</sup>D. ergo quinque millia cum sint dimidia pars decem milium, dimidiam partem scripture seruauerunt, sic : I<sup>D</sup>D. quomodo quinquaginta millia dimidia pars centum milium, qui numerus per eandem notam decem miliam sribitur, additis ramis ex utroque latere singulis circumscriptionibus CCCI<sup>D</sup>D. Quingenta millia per Q<sup>D</sup>. quod est initium nominis, & apostrophē. Mille similiter millia per M, unde incipit nomen ex utraque parte circumscriptam, & sic C<sup>M</sup>D, & sic C<sup>C</sup>M. Verum cum haec multum confusa sint, & vix perfectus inde sensus granum Authorum iudicio alie possit, eas nos ad veterum mentem paulo luculentius clariusque exponemus.

### CAP V.

Numerorum, quibus prisci Latini rechabantur, fabrica

**D**iximus in praecedenti Capite, Veteres Latinos septem potissimum ex Alphabeto in quinquerum sub-

subsidiari depromptis literis, usos fuisse, ut sunt:  
 I V X L C D M. quibus itidem varie repetitis,  
 mixtis, itaque compositis, omnes, qualescumque ca-  
 dent obuiꝝ numerorum series, exprimitur & pul-  
 chre sane numerorum computationis ~~symbolis~~, quae  
 calculis peragitur, quadrant; ita ut perpetuo vel in qua-  
 cuplum, vel in decuplum, hoc est, alterius aucte-  
 alurgant; & primæ quidem duæ nota: I & V. aug-  
 mento seruunt enneadis primæ per additionem Va-  
 tum, alteræ duæ nota: X & L. augmento enneadis de-  
 cimæ; tertiaz vero nota enneadis centenaria; ita ut in  
 monadicis semper post V. quatuor Vnices; in deca-  
 dicis quatuor X post L: in centenarijs quatuor **CCCC**  
 post D, ut in hoc Schemate patet.

Enneadi Monadicæ. I. II. IXX. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX.  
 Sesquiunc Enneadi Decadicæ. X. XX. XXX. L. LX. XXX. LXXX. XXXX.  
 Enneadi Decaconadicæ. C. CC. CCC. CCC. DC. DCC. DCCC. DCCCX.

Sepulta tandem seu ultima nota: M. nota spillebari,  
 quo cumque modo, sive à dexteris, sive à sinistris, alijs.  
 numeris ante vel postposita, futuri semper tunc valo-  
 rent, ut: M DLX. exprimitur nullus quinquefascia sega-  
 ginta: Sic veraposis: DLXM, idem faciat, quod quin-  
 gentia sexaginta milia. Sed iam ad fabricam & confor-  
 mationem horum numerorum proprius accedamus.

In præcedentibus nonnullis de causis & rationibus  
 huius notarum ex Pufciano & Valerio Probo tradi-  
 mus: Verum tam illæ metioris notæ Authoribus non  
 sufficiunt, haud dubie ad ratiocinatum, quæ veteres mori-  
 bantur

## 24 Origo & Fabrica Numerorum

Fabrica no-  
tarum nume-  
ralium apud  
Veteres.

hasco simpliciores notas excogitarint : neque enim propriè literæ ex Alphabeto Latino depromptæ dici possunt, ex eo capite, quod I, non primum, sed nonum in Alphabeto locum obtineat ; neque V, cum illa vigesima in ordine literarum sit ; neque X, cum illa vigesimum primum in ordine locum obtineat, & proindè decem significare non poteat ; neque L, cum illa vndecimum in Alphabeto locum teneat, literæ propriè dici possunt. Quæcumque itaque Priscianus de harum notarum causis profert, non solum longè petita sunt, sed & meliorum Authorum iudicio, nulla iusta & bene fundata ratione nituntur. Hæc dum & ego penitus mecum expenderem, vidi tandem idem scidie prorsus veteres Latinos, quod Hebreos primæos, ceterasque gentes rerum adhuc inexpertas, in numerorum constitutione præstitisse suprà diximus. Quocirca I nota vnitatis, nihil aliud, quam vnum quid significat, & monadis officio fungitur, quæ duplicata, II reddebat vnitates ; triplicata, III, quadruplicata IIII. Nè itaque vnitates nimio incremento confusione inducerent, Latini veteres, quinto quoque loco, Græcos secuti, suas numerorum notas mutarunt : vnde hæc V, quinarij nota est altera, quæ quinque significat, & ad I. tincta, est quincupla, & constructionem suam habuit à prima nota I. geminata, & ad pedem iuncta, quæ angulum rectilineum acutum referat : hanc V. quinarij notam ex medietate decussis natam. *βιαχιγγίας* ergo, loco I. I. I. I. vnitatum posuerunt ; quam continua vnitatum additione ad denarium usque prouerxerunt, uti ex primo enneadis monadicæ

pro-

Origo V.

I  
V  
X

# Origo & Fabrica Numerorum. 25

processu patet. Iterum X nota denarij non aliundē deducta videtur, nisi ex duarum linearum vnitarum decussatione, cuius medietas V quinarij notam refert; unde vox decussis & decussare emersit, videlicet omnis illa figura ex duarum intersectione linearum nata, quam identidem multiplicantes usque ad 50, ne nimiana incremento huius notæ confusionem pareret, hanc intulere notam L, quæ ex duabus lineis in extremitate utriusque in unum iunctis, L constituit, numero in quincuplum aucto, etque nota particularis ex prima nota I geminata, una quidem recta, altera prostrata, non incongrue conflata censeri potest, ita tamen, ut duæ ad pedem in dextra parte iunctæ, rectum angulum faciant, & gnomonem erectum referant. Habemus itaque quatuor harum figurarum I V X L ex lineis constructionem. Sequitur modò Centenarij numeri nota, quam per C signant, & quamvis plerique eam ab initiali litera (Centum) originem suam duxisse velint, nihil tamen obstat, quominus & eadem ex lineis rectis constituta fuerit; Nam vt ab Hostio aliquisque notatum fuit, & antiquarum Inscriptionum monumenta sat docent, in quibus non semper formam C refert, sed subinde hoc patto olim scribebatur, & ex hac inscriptione à Grutero prolata patet.

C AI. L. MIL. F. P. vbi pro CAII  
CAII ponit, ut proinde propter arcuati ductus facilitatem nata videri possit posterorum C. centenaria nota, quam veteres, Hostij iudicio, ex I vnitatis nota, sed triplicata componebant, & quod facilius erat, L notæ quinquagenariæ, alteram in vertice lineolam apponebant, &

L Quinqua-  
genarij  
ex 2. lineis  
obliquè du-  
cis nascitur

Origo &  
Fabrica C

Origo C nu-  
meri cente-  
narij.

D

ex

## 26 Origo & Fabrica Numerorum.

ex L 50. fiebat nota C. c. centenaria 100. quam idem  
tidem multiplicantes usque ad 500, ut incep tam quin-  
cuplam & duplam proportionem continuè seruarent,  
loco CCCCC. D notam posuerunt, quam nos exor-  
tam putamus, non quod C literam in Alphabeto cen-  
tenarij notam immediate sequeretur D, uti Priscianus  
vult, sed vel quod initialis litera esset dimidij millenarij,  
uti placuit Iosepho Scaligero, vel omnium optimè, quod  
antiquis litera D non per arcum, sed triangulari figura  
ex tribus lineis unitatis indicibus constituta pingereetur,  
hoc pacto, ▷: & hoc verum esse, nonnullæ inscriptio nes  
apud Gruterum docent ▷. M. id est, Dis Manibus. In  
totius Alphabeti literas, huiusmodi lineolarum monodi-  
carum vario contextu, quemadmodum Hebrei ex  
primævis temporibus, suas constituisse suprà ostendimus,  
vero haud absimile est. Quantum vero varia mentis  
reflexione consequit possum, dicere profecto, prima  
huiusmodi elementa priscis Latinis ab Etruscis primum  
fuisse communicata, & Herodotus planis id verbis si-  
gnificat l. i. *Latinos pleraque ab Etruscis, tripote antiquioribus, acceperisse & literæ Etruscæ, quarum nonnullæ magnam cum Latinis similitudinem habent, sat superque demonstrant, ut in nostra Etruria, volente Deo, fuse ostendemus.*

Lilius. Giraldus alium veterum Latinorum  
in significandis per literas numeris, modum tradit,  
qui vrinam etiam addidisset, ex quoniam Authore illa  
extraxisset; hoc enim ipso multis à varijs dubijs libe-  
rasset: Sunt autem sequentes.

A.

# Origo & Fabrica Numerorum. 27

A. CCCCC	Quingenta	À Quinque millia
B. CCC	Trecinta	𝐵 Tria millia
C. C	Centum	𝐶 Gentum millia
D. D	Quingenta	𝐷 Quingenta millia
E. CCL	Ducenta quinquaginta	𝐸 Ducenta quinquaginta millia
F. XL	Quadraginta	𝐹 Quadraginta millia
G. CCCC	Quadringenta	𝐺 Quadringenta millia
H. CC	Ducenta	𝐻 Ducenta millia.
I. I	Vnum	𝐼 Millia
K. LI	Quinquaginta vnū	𝐾 51 millia
L. L	Quinquaginta	𝐿 Quinquaginta millia
M. M	Mille	𝑀 Millena millia
N. XC	Nonaginta	𝑁 Nonaginta millia
O. XI	Vndecim	𝑂 Vndecim millia
P. CCCC	Quadringenta	𝑃 Quadringenta millia
Q. D	Quingenta	𝑄 Quingenta millia
R. LXXX	Ostingenta	𝑅 Ostoginta millia
S. LXX	Septuaginta	𝑆 Septuaginta millia
T. CLX	Centū sexaginta	𝑇 Centū sexaginta millia
V. V	Quinque	𝑉 Quinque millia
X. X	Decem	𝑋 Decem millia
Y. CL.	Centum quinquaginta	𝑌 Centum quinquaginta millia
Z. II	Duo millia	Ζ bis millies mille.

Lilij Giral.  
di numerorū  
dispositio.

Cum virgula supraposita,  
millenarium numerum in-  
dicant.

Sed ad millenarium Numerum reuertamur.

D 2 Nul-

## 28 Origō & Fabrica Numerorum.

Nulla numerorum nota tantam vetustate temporum varietatem subiit, quam milenarij numeri nota.

Variae mille-  
narij numeri  
notæ,

Primò enim signatur litera M, quæ recentium character est, & originem suam habet ab initiali litera Mille, ut omnes ferè fatentur.

Secundò scribitur per duo C, quorum unum rectum, alterum inuersum est, quibus monadica nota intermediat, hoc pacto c i o. mille.

Tertiò scribitur hoc pacto, cxo. & pariter mille significat.

Quartò scribitur per zyphram numeri octonarij prostratam oo.

Quintò scribitur per parentesis notas, mediante i, hoc pacto c i o. ut est apud Paulum Manutium.

Sextò scripta quoque reperitur O, ut est apud Petrum Ciaceonium lib. de ponderibus & mensuris, alijsque.

Septimò per oo & oo scribatur.

Octauò per X exprimebatur.

Veraut̄ ut tandem; qua de causa tanta varietas emerſerit, & unde originem suam hauserit, cognoscatur, rem paucis verbis exponam.


Cur itaque primò per c i o. mille significauerint veteres, id factum esse puto, quod primi hanc notam per duplex D D. milenarij notam expresserint, quæ successu temporis sublata linea D claudente figuram, I medium inter duo c i o. reliquerit; & hoc ita factum fuisse quam luculentissime demonstrat hæc milenarij nota



Origo ~~OC~~  
millenaria  
notæ :

CORUM.

**Variz mille-  
marij sumaq  
pi notz,**



## Origo & Fabrica Numerorum. 29

nota ①, quæ nihil aliud est, quam duorum QD vnius inuersi, alterius recti in vnum coniunctio, vnde characteret ① emersit; Habet itaque hic originem notæ millenariae circ.

Quam verò originem habeat hæc millenaria nota cxo. iuxta Hostij mentem explicò, & dico eandem esse, quam præcedentem: Cum enim millenarius apud Græcos Atticos per X scriberetur, videlicet ab initiali litera vocis χίλια, quod mille ijsdem significat, constituto charactere; & Romani in suum eam censum reperunt, & ne is cum X denarij nota confunderetur, cū circumscriptis à lateribus C inferuerunt medium, hoc pacto cxo: ex quo tandem compendiaria nota  $\infty$ , quam supra millenarij notam fuisse ostendimus, emerit; dum duo cō rectum & inuersum cornibus suis apprehendentia cornua quatuor notæ x, hanc notam  $\infty$  βέρχυγεαθικά, constituerunt. Vides itaque originem huius notæ  $\infty$ ; quamvis Ciacconius citato loco dicat, per hunc numerum cīo constitui potuisse, duobus videlicet cornibus cō cum i vnitis  $\infty$ , cui non repugno, quamvis prior ratio magis veritati αριθμολογias consentiat. Iterum apud Paulum Manucium hæc millenarij nota sic scripta reperiuntur cīo, cuius origo non abludit ab eo, quod supra de C. docuimus, videlicet priscis temporibus C scriptū fuisse hac nota c, cum ergo hæc idem quod C notet, patet ratio cur hunc numerum per cīo notam expresserint. Quod verò & subinde millenarij nota sub hac figura haud absimili rō Græcorum.

Origo  $\infty$   
millenariae  
notæ:

## 30 Origo & Fabrica Numerorum

**Notæ.** corum. &c. vel sic inuersè m scribantur; dico eandem habere originem, quam c i o. hac tantum intercedente differentia, quod duo c o cum r. in ultimo hoc non vniantur, in priori verò ex vna quidem connectantur, ex altera verò non, quod Scriptoris tamen festinantis consuetudine introductum potius, quam vnu receptum arbitror.

## Origo mil- lenariz notz □

**note**

Restat modò origo huius millenariæ notæ **X**  
explicanda. Nonnulli dicunt hanc esse constitutam ex **X**  
& duabus lineis characterem supra & infra claudentibus,  
hoc pacto **X**. productis enim crucis cornibus, illa li-  
neis unita hunc efformabant characterem **X**. vel etiam,  
quod duo illa triangula notabant DD, quæ à priscis  
Latinis sub forma trianguli expressas fuisse, suprà dixi-  
mus, ▷▷: vndè coniungendo has duas apicibus suis  
in unum, nascitur hæc nota **X**: quamuis præcedens  
veritati multò sit similiōr.

Hæ itaque sunt simplices notæ numeri millenarij, quas veteres nunc hoc, nunc illo modo, prout illis *præceptis* ratio dictabat, exprimebant, & sunt sequentes.

## **Note m hle narij sunt 9**

I 2 3 4 5 6 7 8 9  
M. C.I.D. C.X.D. 88. CID ⊖ m m X

Ex quibus deinde omnem Chiliadum Myriadumque numerum formabant hoc pacto : primò quidem dimidiatis à dextris milleniorum notis integri dimidium exprimebant : sic enim per 10. 500 notabant , quod est cīcī millenarij dimidium ; 100 verò dimidium est

# Origo & Fabrica Numerorum. 31

cccic, & se habent ad iuuicem, ut 5000 ad 10000. Sic 1000, dimidium est cccic, & se habet ut 50000. ad 100000. & sic in infinitum. Sciendum verò has notas semper bis, ter, aut quater iterari, hoc pacto :

1000	2000	3000	4000
------	------	------	------

CIC.	CICIC.	CICICIC.	CICICICIC.
------	--------	----------	------------

Ter certè extat apud Ciceronem in 5 Verrina in editione Pauli Manutij, cum ait : *Demit de capite Medium cīc cīc cīc.* quamvis interpretes hic addi debere velint, I<sup>c</sup>c id est 600. ut totus numerus sit 3600.

Nota verò Centenaria C. millenaria M à sinistris iuncta, eundem auget suo valore, ut XM, decem millia. LXI, sexaginta millia. CM, centum millia. DM, quingenta millia. MM millena millia. Sic Plinius lib.6.cap.23. *MM paf. ab Alexandria abest Opipidum Iuliopolis,* id est, millesimis millibus passuum, quamvis hodiè haec nota MM pro 2000 sumatur. Nota quoque hoc loco, quod sicuti ex his notis I unitatis, & tertia X denarij, & C centenarij alijs notis praepositorum, sinistrorum easdem suo valore minuant, ita dextrorum additæ easdem augent.

- 1 4 8 9 Sinistrorum positæ valorem minuant.
- I. IV. IX. IX
- 1 6 12 18 Dextrorum positæ valorem augent.
- I. VI. XII. XL
- 40 90 400 Sinistrorum positæ minuant.
- XL. XC. CD.
- 60 110 600 Dextrorum positæ augent.
- LX. CX. DC.

Quod

## 32 Origo & Fabrica Numerorum.

Quod verò à Priscis IV. IX. XIX. XXIX. XXXIX.  
XL sic scriptum fuerit diminutiè, id factum esse  
putò, βερχυγαριας ergo, ne notam monadicam, decadi-  
cam, aut centenariam toties repetere cogerentur.

**Nota 10000** Porrò **ccccc** decem millium nota est, vti & **cmo**. vel  
**IMI**, & præcedentem **cic**. decuplat, & pari ratione  
bis, ter quaterque iterari potest, vti sequitur.

10000		20000		30000
<b>cccc</b>		<b>cccc, cccc</b>		<b>cccc, cccc, cccc</b>

Bis certè apud Ciceronem extat lib. i. ad Atticum.  
Nam Epistola 5. Cicero sic loquitur: *L. Cincio HS. XXCD constitui me curaturum Id.Feb.Crc.* In sequenti  
verò epistola repetit his verbis: *L. Cincio HS. cccc, cccc, cccc. pro signis megaricis, ut tu ad me scripseras curaui.* Quibus quidem aliud non innuit, nisi festeriorum  
viginti millia, & quadringentos festerios.

**Nota 50000** 10000. 50000 nota, dimidium est integræ **ccccccc**.  
50000. Cuius exempla dantur in Oratione pro Q.  
Roscio Commodo, in editione Pauli Manucij, cum  
50000

Ciceronis  
testimonia: ait; *Si paret, HS. 10000. deberi hic, nisi planum sibi  
facit. HS. 10000 ad libellam sibi deberi, causam perdit.*  
Integra verò nota **ccccccc** pariter apud Ciceronem  
inuenitur epistola 5. ad Atticum, cum inquit: *Domum  
Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimensam &  
adificatam animo habebas, M. Fronteius emisit HS.i.  
ccccccc xxx. id est, 100030 HS. & quoties volueris  
numerari poserit, vti in citata pro Roscio Commodo.*

10000

Ora. 11

# Origo & Fabrica Numerorum. 33

Oratione Cicero fecit, dum ait: *Proh Deum hominemque fidem, qui HS. cccccc, cccccc, cccccc, quæstas facere noluit, id est 300000. HS. quæ 8500 nostris coronatis respondent, quamvis in alijs exemplaribus hi numeri ex ignorantia vel interpretum, vel transcriptorum admodum peruersi depravatique reperiuntur.*

Sed hanç nostram interpretationem genuinam esse, duo magnæ considerationis antiquitatum monumenta quam luculentissimè demonstrant: quorum primum est Tabellæ Columnæ Rostratæ fragmentum, in Capitolio in hunc usque diem superstes, ex quo vera horum numerorum ratio petenda est; quam ad maiorem veritatis attestationem hic apponendam duxi, cuius defectum Petrus Ciacconius suppleuit in proprio de his columnæ interpretatione edito libello.

Difficultates numerorum solvantur ex Tabela Rostrata in Capitolio superstite.

## *Columnæ Rostrata Inscriptio à Petro Ciacconio suppleta.*

C. Bilius. M. F. Cos. aduorsom. Cartacinienfis. ea. Siceliad rem. Cerens. eccl. ANOs. coenatos. Popli. Romani. artifum ad obſedone D. EXEMET. LECIONefis. Cartaciniensefis. omneis MAXIMOSQUE. MACISTRATOS. Lucaes. bouebovs. relicteis novEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELam. moenitam. urbem pVCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MACestratod. prospere rEM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. Cefet. remecosque CLASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PARauerque. diebous. LX. cVMQVE. EIS. NAVEBOVS. CLASEIS. POENICAS. OMnis. paratasque.

## 34 Origo & Fabrica Numerorum.

SVMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. PRAESBNTED.  
maximed DICTATORED. OlorOM. IN. ALTOD. MaRID.  
PVQuandod. vicet. xxxQVE. NAucis. cepeT. CVM.  
SOCIEIS. SEPTEm. res momque ducis. quin res mOS.  
QVE. TRIRESMOSQVE. NAVEIS. Xx. depreset. aurom.  
CAPTOM. NVMEI. Φ. Φ. Φ. D. C. C.

arcenTOM. CAPTOM. PRAEDA. NVMEI. cccccc. c  
craue.. CAPTOM. AES; cccccc. cccccc. cccccc. cccccc  
cccc. cccccc. cccccc. pondod triompQVE. NAVAL-  
LED. PRAEDAD. POPEOM: romanom: donauet: captiuos.  
CARTACINIensis .. inceNVOS.. Duxet. ante .. curom.  
primosque. Consol: de. siceBL s.. claseque. CARTaciniens-  
leom. triompauet. earom. rerom. erco. S. P. Q. R. ei hance  
columnam. p.

In hac priscae Latinæ Linguae barbaries vnde eum  
exodico numerandi modo. clarè apparet, dum enim  
expeditionem C. Duillij Consulis contra Carthaginenses refert in Sicilia prædam quoque ex parte victoria reportatam. quam exactissimè, tuto quoad naues,  
tum quoad monetam, autum argentum, ænca, de-  
scribit; vbi & inter ceteras figuræ millesimæ base nota Φ. Φ. Φ. ter occurrit, vnde eum DCC. quæ nume-  
rum 3700 constituit. Sed huius notæ originem supra  
vide expositam: dtinde vigesies stemel reperit hanç no-  
tam cccccc; & quoniam illa 100000 numerum con-  
tra Carta fluit, hic in 28 ductus dæ 2100000 numerum in-  
giventer,

are

# Origo & Fabrica Numerorum. 35

are, cupro, pondus : Contigit autem hæc Victoria, D. Duillij contra Carthaginenses anno, Vrbis conditæ CDXIII. 493. Nota hoc loco alteram millesimæ notam supradictam  $\Phi$ . cuius medietas D. quingentenarij nota : huius itaque notæ  $\Phi$  valorem multiplicabant altero circumscripto circulo, hoc pacto  $\odot$  : quo 10000 Idem quod cc100 indicabant, idemque valebat, quod cc100. hæc iterum tribus circulis  $\odot$  circumscriptis diametra, idem significabat, quod cc100 : id est, 100000. ita quidem, ut tres notæ c.c.c. à sinistris, & ad dextram aliae c.c.c. cum i, quæ diametri loco seruiebat, in Sphæram triamillarem transformatæ videtur & horum autem dimidia significare vellent, illa hisce dimidiatis figuris indica- bant :  $\text{D}$  . quæ idem quod 100. id est 500. &  $\text{D}$  id est 100. quod 5000. significabant, vti sequitur.

Nota 1000  $\Phi$  cuius dimid. D 10. 500

Nota 10000  $\odot$  cuius dimid.  $\text{D}$  id est. 100. 5000

Nota 100000  $\odot\odot$  cuius dimid.  $\text{D}$  1000. 50000

Dimidia-  
chiliadom,

Meminit harum notarum Gruterus in suis inscriptioni- bus, quarum prima ita sese habet :

T. PRÆSENTIVS Q. F. P. HELVITIUS. P. F. AED.  
OB HONOREM IN VIAM. HS.  $\odot\odot$

Altera sic se habet :

TREBONIA OLIVIA ARBITR. MARCILIANI  
MA. IN FRO. P. XII. in A. P. P. XIX COST.  
HS  $\infty$   $\text{D}$  id est 6000 sextert.

## 36 Origo & Fabrica Numerorum

Iauenitur & alia nota in inscriptiōnibus veterum , sic  
formata  $\square$  , quam 8. significasse coniijunt ex hac  
inscriptiōne :

IMP. CÆS. AVREL. VAE. DIOCLET.

IMP. VII L. COS.  $\square$

Hanc nonnulli volunt indicare germinum quadernarium  
 $\times$  : qui verò diligentius. expenderit dictam figuram ,  
is. minime duplicati 4 figuram esse , afferere cogentur ,  
sed. duplatum  $\Delta$  , quæ resultat ex diagonali quadrati  
sectione : Cum autem  $\Delta$ . 4: significet Græcorum mo-  
Differenij numeri notare , ita duæ  $\Delta$  octonarium constituunt , quem  $\square$   
præfens indicat .

Verūm , vt hucusque dicta vna Synopsi intuaris ,  
hic veluti epilogismum omnia explicantem apponendu-  
m duxi .

Ex illo enim fabrica notarum numeralium , quæ  
veteribus Romanis in usu erant , adèò clare pate-  
bit , vt n̄ expositione quidem indigeat . Notas  
has numericas , ex varijs Priscorum monu-  
mentis collegimus , quas & in vasto  
illo Inscriptionum opere , quod  
Ianus Gruterus in lucem  
edidit , exhibitas .

Lector  
curiosus repe-  
riet .

Epi-

# Origo & Fabrica Numerorum: 37

*Epilogismus omnium numerorum, qui millenariorum  
enneadi competunt.*

Notæ millenariorum	Significa- tiones in zyphris	Notæ dimi- tiones in diorum,
Integrorum:		
M	{ 1000	D 500
CD	1000	C 500
CX	1000	
∞	1000	
CI	1000	D 500
II vel M.	1000	I 500
X	1000	QC 500
Q	1000	
MM	10000	D 5000
XM	10000	
DMC	10000	
XX	10000	
CCCD	10000	C C 5000
QQ	100000	D 50000
CCCCDD	100000	CCCD 50000
CM	100000	
IXI	1000000	
CMD	1000000	QC 500000
MM	1000000	

Alterum monumentum habetur apud Fuluium Vitis  
num, à quo reliqui omnes de hoc argumento tractant.

168.

## 38 Origo & Fabrica Numerorum.

tes id desumpserunt, istaque tabula numerorum veram  
& genuinam veteribus usitatam ostendit, ut sequitur.

*Tabula Fuluij Ursini Veterū numerorū rationem continens.*

IXI	1000000	ccc l ccc	o
o o o o	100000	500000 denarij, vel 2000 sestertia. Aliter dicebant, vi cids fester tium. m l v w	
Quatercenties mille denar : simul 1600 se stertia. Aliter dicebant sedecies sestertium .	10000		
o o o o	10000	50000 denarij, vel 200 sestertia .	
4 decies mille denarij. Simul 160 sestertia.	1000	5000 denarij. alias xx sestertia .	
o o o o	100	5 mille eris, vel 500 de narij, aliter duo sestert.	
4 mille æris, vel 4 m. Asses, vel 4 cétu denarij	10	quinquaginta denarij, vel quinque centusses .	
o o o o	10		
4 centusses . 4 centum Asses, vel decé denarij.	10	Quinque denarij.	
o o o o	10		
4 denarij vel decusses.	10	quincussis vel quinarius	
o o o o	10		
4 Asses vel quadrasseis.	5	Semis seu vnciae .	
o o o o	5		
5 Vnciae aut quincunx	5		

# Onigo & Fabrica Numerorum. , 39.

Hanc Tabulam antiquissimam ænem primus de-  
xit Fufius Vrfinus cum numerorum notis ipsi Tabulae ex argento impressis, facileque ex supradictis pa-  
ret, antiquioribus illis non fuisse notam, quæ nume-  
rum ultra centum millia significaret. In hac Tabula  
habetur prima nota sic figurata **I****X****I**, quo milles  
millia, id est 1000000 indicabant, millionem vide-  
licet: Cur verò in hac nota **X**. intermedia duabus II.  
vtrinque stipata sit monadicis notis, causa est, quod  
per I. unitatem lineolâ signatam, millebarium indica-  
rent Græcorum more, X vero persese millenarium ex-  
primeret, ut supra dictum est: hinc aptè hunc numero  
millies mille, per suprapositam lineolam dupli-  
catiuam tribus notis una competentem exprimebant sic  
**I****X****I**. Iam verò in media Tabulae Columna cæteri nume-  
ri millenarij ad I. usque exhibentur, uti ad oculum  
patet; è latere verò sinistro, continetur valor denario-  
rum ad festigia reductus, & in dextro latere, denario-  
rum festertiū inque prolatione exhibetur.

Ex his itaque fusis forsan, quam par erat, pro-  
latis, patet, quod quando magni numeri ultra centum  
millia notabantur, singuli limites punctis interuenien-  
tibus distinguebantur & sicut scilicet hoc sit exemplum ex  
Plinio l. 33. c. 24. Auri XVI. XX. DCCC. XXIX.  
quem non metum: Budus l. 2. de Asse, sic effert. Sede-  
cies centena & viginti millia, octingenta viginti no-  
uem, & sic zyphris notatur, 1620829. & Plinius ita-  
rum l. 6. c. 33. hunc numerum refert: **C****I****V****M**. pas-  
sum, quem sic exprimitus: centies quinquagies. se-  
xies;

**I****X****I** Tabula

Quonodo-  
veteres nu-  
meros ultra  
centum mil-  
lia dispo-  
nen-  
tia.

## 40 Origo & Fabrica Numerorum.

xies centena millia passuum, & zyphris sic notatur: 13600000. Ex quo patet, veteres numerum ultra centum millia excurrentem lineolâ supra caput extensâ, sed in finistra parte sursum vncinata notare consuevisse, & ex hac **IXI**. millionis nota patet. Sed hisce iam expositis, ad alteram dubitationis partem progrediamur, quæ est, de zyphrarum origine.

### C A P V T . I V .

#### De Algorithmo.

#### De zyphrarum, sive hodierna die visitatorum numerorum origine & fabrica.

**P**RÆMISSIS veterum Latinorum notis Arithmeticis iam ad eas numerorum notas, quas zyphras vulgo vocant, & à plerisque Arithmeticis Algorithmus dicitur, quibusque universus penè Orbis hodierna dicitur, explicandas progrediamur, & quoniam hæc præsentis huius Diatribæ potissima pars iure dici potest, ita quoque ea, qua fieri potest, diligentia, & quantum ingenij debilitas nobis permittet, perscrutanda est. Et ut ab ovo rem ordinar, Sciat Lector, Brahmanas, omnium opinione Authorum, Philosophiae & Arithmeticæ studio cum primis deditos, tam Indicæ partem inhabitasse, quam hodiè Indostan vocant., quorum studia, mores, disciplinas eleganter sanè describit Herostratus in vita Apollonij Thyanzi. Hi cum vicini essent

Origo zyphrarum a  
Brachmani  
bus.

# Origo & Fabrica Numerorum) 41

erant Arabiae felicis incolis Arabibus, per Orientale maris Erythraei latus distensis, frequentumque olim eam ijs confunditatis, ob frequentem reciprocumque ultra citaque conuentum negotiationem contraxissent; hoc vero emendarum vendendarum que rerum compescitum sive numeris transfigi non posset, Arabes insignes numerorum notarumque, quibus Brachmanas veluti arcanis numerorum gestis videntur, compendium aduertentes, id successu temporis suum fecerunt: ita lego apud Abenragel Arabem, de introductione ad Astronomiam libello, ubi loquitur de zyphris.

وَهُوَ عِدَادٌ كَانُواْ عِنْدَ الْهَنْدِ وَقَبْلُوهُمْ مِنْ فِرْسَنْ وَمِنْ حَكَمَا الْهَنْدِ الْجِنْ وَجِدُوهُمْ مِنْ صُورَةِ الْذِيْرَةِ مِنْ قُرْبَتِهِ  
أَرْدَج

Arabes nu-  
merorum  
notas à Bra-  
chmanibus  
didicere.

Abenragel,  
Arabs,

*Ei hi numeri sunt numeri Indiani, à Brachmanis Indiae Sapientibus ex figura circuli secti inuenti. Quoniam verò id modo fieri potuisset, cum diù multumque cogitarem, tandem incidi in Librum Arabicum, quem*

*Magritam vocant, corruptè Margaritam,*

*vbi Author, cum de Astrologicis signis*

*loquitur, statim & dictos cha-*

*racteres ponit, & fabricans*

*corundem ex circu-*

*lo descriptam*

*hoc*

*modo do-*

*cet.*

F

Pri-

## 42 Origo & Fabrica Numerorum.



Primò quidem dicti Sapientes clauolum veluti mysticū totius Astrologie fundamentum in quatuor partes dividebant, scilicet ex hoc, & literas & numeros quosdam mysticos formabant, quarum prima diametrum rectam A B, altera prostrata E D, exprimebat.

Deinde

Ex angulo, seu quadrante

FACD

ACE

BCD

BCE

Ex Semicirculo la-

terali ADB

AER

Ex Superiori EAD

Ex Inferiori EBD

Ex diametrorum se-

cione ADDE

Tales formas ban-

literas habentur

Ex Semicirculo ABCD

EAD

Ex Semicirculo ADB

cum annexo arcu signabant

Per circulum ipsum ADDE

Per semidiametrum A B

cum arcu.

Per

# Origines Fabrica Nostro Regim⁹ 43

Per angulum vero	ACD	7	7	7
Per angulum	BCD	8	8	8
Per hanc verò figuram	figurabant	9	9	9
& cum arcta:		4	4	4
Per punctum verò circulitudo	I.	A	10	10
	O	O	O	O

Quæ omnia ex Arabum doctrina defunpsi, qui hosce characteres singulos in tres classes dividant, quos triyfficos & *Ruthansum* Arabicè, id est, spirituales dicunt: qui vti tribus Mundis, Elementari, Siquidet eo & Angelico applicant, ita ingentia mysteria sub ijs latete, superstitionis sibi imaginantur. Vide quæ de huiusmodi signorum origine fuse tractauimus Secundo Tomo Oedipi, parte 1. fol. 380. Vbi & varijs rationibus hosce numeros ab Indorum Sapientibus processisse ostendimus, præsertim verò in III. Tomo, parte 1. de Brachmanum symbolicis literis. His itaque expositis iam ad Rhombum reuertamur.

Zyphras itaque Arabum, quas illi حروف الْأَنْجُون *Haroph el-Hend* id est, Indicas literas vocant, ab Indis processisse, non solum dicti Arabes, sed & Græci fatentur, vti postea videbimus: quo autem anno hæc translatio facta sit, magnum est omnium silentium; quantum tamen conjecturis consequi possum, contigit id ætate Mahomedis, quam هجرة Hegira Mahomed vocant, 300. annis circiter à fuga Mahomedis; à Christo vero nato 900. quo annorum curriculo, vti Arabes iuxta Saracenicam Historiam, totam illam Persie, Car-

Notæ numerales Arabū ab Indis processerūt.

## 44 Origo & Fabrica Numerorum.

Quando in  
venit,

maniz, Indique oram sua subiiciebat Imperio, ita ex Indorum ceterarumque circumiacentium Regionum commercio, hasce notis seu zyphras, primaūa introducetas fuisse, haud vero absimile putamus: quæ postea per Aegyptum, Lybiam, ceterasque Africæ Regiones ad Occidentalem usque Oceanum propagatae, inter Arabes nullo non tempore viguerunt: donec irruptiones in Græciam & Hispaniam factæ, intra terminos proprios continentis nesciez, tandem ad dictas nationes traductæ, non Europæ tantum, sed & toti Orbì publici iuris factæ sunt. Quod ut exactius comperirem, vetustissimos codices tum Gracos, tum Latinos Arabicosque consulendos duxi, quibus discussis, certè nulluna vñquam harum notarum ante 430. annos comperire vestigium licuit.

Vt itaque hoc negotium paulò penitus agitimus, sciendum est, duplices apud Arabes Arithmetarum notarum formas usitatæ fuisse; priorem, ut postea ostendetur, ex literis Alphabeti Arabici constitutum, luculenter paet: in quo Alphabetico literarum ordine neglecta Arabes veluti ad amissimam quandam Hebrearum literarum & ordinem, & methodum sequuntur; atque huiusmodi aumerorum notis, plerique Scriptores Arabici, vti Abensina, Averrois, Abenragel, Abenphragi, aliquæ innunciat, vti & Euclides interpres, Thaūsi Arabs, vñ sunt: Posterioribus vero zypharum promiscue vñ cum literarum notis usos reperio; sed ut hæc omnia clarius compareant, literas Alphabeti Arabici vñ cum zyphris apponendas duxi.

Arabes in  
literis summe  
zalibus se-  
quuntur or-  
dinem. lite-  
rarum He-  
breicarum.

# Origo & Fabrica Numerorum. 45

٦	٣	٥	٤	٦	٧	٩	٨	٥	٢	١		Literæ Arabæ bicaz.
٦	٣	٥	٤	٦	٧	٩	٨	٥	٢	١	I	Zyphræ. Numeri v. suales.
٦٠	٣٠	٥٠	٤٠	٦٠	٧٠	٩٠	٨٠	٥٠	٢٠	١٠		
٥٠	٣٠	٥٠	٤٠	٦٠	٧٠	٩٠	٨٠	٥٠	٢٠	١٠		
٥٠٠	٣٠٠	٥٠٠	٤٠٠	٦٠٠	٧٠٠	٩٠٠	٨٠٠	٥٠٠	٢٠٠	١٠٠		
غ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ		Literæ Arabæ bicaz.
١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	٠		V.	Zyphræ. Numeri v. suales.
١٠٠	٢٠٠	٣٠٠	٤٠٠	٥٠٠	٦٠٠	٧٠٠	٨٠٠	٩٠٠	٠			
١٠٠٠	٢٠٠٠	٣٠٠٠	٤٠٠٠	٥٠٠٠	٦٠٠٠	٧٠٠٠	٨٠٠٠	٩٠٠٠	٠			
خ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ	ڻ		Literæ Arabæ bicaz.
١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	٠		V..	Zyphræ. Numeri v. suales.
١٠٠	٢٠٠	٣٠٠	٤٠٠	٥٠٠	٦٠٠	٧٠٠	٨٠٠	٩٠٠	٠			
١٠٠٠	٢٠٠٠	٣٠٠٠	٤٠٠٠	٥٠٠٠	٦٠٠٠	٧٠٠٠	٨٠٠٠	٩٠٠٠	٠			

Misce literis omnes Arabes & Coptitæ Christiani in suis sacris Codicibus passim iam à 700. aut 800. annis promiscuè vtuntur , quemadmodum eorum in Saeros Codices præfationes monstrant : Sunt tamen mihi vastissima quædam Astrolabia ex auricalco ante 500. circiter annos in Africâ confecta , quæ solis literis Arabicis connotata cernuntur , quamvis omnes alios Astronomicos libros antiquissimos, zyphris solitis ad calculationem quippe aptioribus signates reperiam . Sed nostrum non est , hoc loco harum zyphrarum antiquitatem apud Arabes demonstrare, cum ex. supradictis. antiquitas earum satis constet ; sed questionis cardo in hoc potissimum veretur , us quo tempore primùm in Graeciam & Hispaniam ab Arabibus. & tandem in vniuersitatem Europam propagatae fuerint , ea qua par est cura & diligentia inquiramus ; quod pro ingenij nostri reuultate, Deo aspirante nos præfuturos speramus .

Inter Graecos primus fuit, qui hoc numerorum

gc-

## 46 Origo & Fabrica Numerorum.

Maximus  
Planudes  
Author de  
numeris.

generi in sua, quam edidit, Arithmetica vslis est, Maximus Planudes: cuius Liber etiamnum in Bibliotheca Vaticana, sub antiquissimi Codicis forma continetur, ubi & haec notas zyphras vocat, &c ab Indis profectas dilucidè ostendit: Libri Titulus est:

τε φιλοσοφότερη μονάχι κυρία Μαζίρα Πλανύδη Φιλοσοφία κατ' Ινδος ιλεγομένη μετ' ἄλλων ἡ οὐρανούρων φιλοσοφότεραι κατανοίσαι ακεβιτός, καὶ τοῖς ζε' σχήματα ἐπιτα.

Sapientissimi Philosophoci Monachi, Domini Maximi Planudis calculatoria secundum Indos, sic dicta ab alijs Astronomis sapientissimis, quod magna diligentia, in subsidium scilicet numerorum excogitata sit: cuius sunt hec novem schemata.

α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	ϛ	·
1	Π	Ϣ	Ϩ	Ϫ	Ϥ	Ϸ	Ϩ	ϻ	Ϭ
I	2	3	4	5	6	7	8	9	0

Diximus, primum inter Græcos, quantum nobis constare potuit, Celeberrimi nominis Maximum Planudem fuisse, qui Arithmeticam suam hinc zyphram notis descripsiterit, cum ante eum nec Pscillus, nec Ploton, neque Ptolomeus, nec Diaphantius, nec aliqui antiquiores eo, Arithmetica & Astronomica sua opera hinc notis adornasse comperiantur. Cum vero Planudes nonnulla sua opera Michaeli Palæologo Oriens Imperatori inscripsisse legatur, ex eo luculentius patet tempus, quo vixerit, quodque pereruditius Leo Allatius inuenit fuisse circa annum 1270. cuius & historiæ

## Origo & Fabrica Numerorum: 47

rit tum Græcorum tum Latiorum consentiunt; hi ita-  
que anni subducti à præsentis anni curriculo 1665, re-<sup>Annus quo  
Planudes  
vixit,</sup>  
linquunt 395. annos, quo abhinc supradictus Planu-  
des vixit. Cum itaque nullus celebris ante eum, siue  
Arithmeticus, siue Astronomus, hoc notarum genere  
vitus sit, Planudem primum fuisse patet, qui hasce notas  
vixit ad calculos perficiendos, quam peridoneas, vel  
ipso fatente, propalauerit, illo videlicet tempore, quo  
declinante paulatim Monarchia Græcorum, Saraceni &  
Turcæ, qua data porta, ut in alias, ita & in Græciæ  
Asiaque maritimæ Provincias sub Bazaëte irruperunt.  
Quæ Scaliger calculo suo comprobatur, hic. ut curiosissi-  
mus huius rei inqagator fuit, ita quoque hanc verita-  
tem in explicatione Nummi Constantini, alijsque epi-  
stolis suis epistomaticis scitè sanc'euosuit; annus vero,  
quo Scaliger hæc scripsit, fuit 1606. qui subductus à  
1270. Imperij Palæologi annis, relinquit 336 annos, que  
Scaliger præterpropter dicit annum fuisse, quo  
hæc nota à Mauris ad Hispanos primò fuerunt translatæ.  
Veram ut rei veritas luculentius pateat, hic verba Sca-  
ligeri apponenda duxi, qui in epistola quadam ad Mar-  
cum Freherum data, nummum Constantini Magni sibi  
oblatum, multorum institutis precibus explicat, his  
verbis: *Nummus in gens argenteus clarissimi viri Mar-  
guardi Freheri, quans recens sit, argumento sunt cha-  
racteres Arithmetici: 2. 3. 4. 2. 3. 5. qui ante trecentos* <sup>Scaliger in  
explicatio-</sup>  
<sup>ne numi  
Constanc,</sup>  
*aut paulo plures annos ab Arabibus ad nos transferunt, ac  
primò quidem dissimiles his nostris hodiernis, postea me-  
moria proeorum hac forma interpolati, que hodie nobis  
in*

## 48 Origo & Fabrica Numerorum.

in usu est ; itaque nummus hic cusus aut conflatus est , non illo seculo , quo iij à Christianis receptis sunt , sed illo , quo interpolati . hoc est , memoria proauorum ; propterea an inquam à Gracis usurpati sunt , merito vi dubitem , faciunt libri mulii Astronomici , Logistici & computorum Ecclesiasticorum paulò ante aut post eversionem Imperij Constantinopolitani conscripsi , quorum omnium numeri non his peregrinis characteribus concepii sunt , sed literis Gracis . Denique illos Charakteres primi omnium Christianorum Hispani à Mauris , ab Hispanis reliqui Latini Christiani , ab illis Graci acceperunt , si modo acceperunt ; & quidem concedamus acceperisse , iij tamen apud Gracos nunquam vulgo noti fuerunt , ut non opus fuerit eos in hoc numero custode , ut à paucis tantum inteligerentur . Nobis igitur constat , recenissimam quidem nummi conflaturam esse , formas autem inclusas & veteres esse , ex aliquo vetusto libro , aut pictura Ecclesie alicuius desumptas , cuiusmodi multas hodie videmus in gemmis nauitia quidem celatura , sed vetustissimi argumenti .

Ex notis itaque zyphrarum posticæ nummi faciei inscriptis colligit , illum Constantini Magni tempore , minimè cusum fuisse , sed posteris temporibus , iam dicitis zyphris communis omnium Christianorum consensu acceptatis . Et in epistola quadam ad Albertum Pighium expresse dicit , se discussis omnibus veterum Manuscriptis , nunquam hasce zyphrarum notas 350. annis Superiores comperisse . Cum vero Scaliger hic tempus annumque , & qua occasione hæ zyphræ primâ Europæ innotuerint , præcisè non determinet , nostrarum

## Origine & Fabrica Numerorum. 49

ram partium esse rati sumus, negotium paucis natura,  
ex Chronologia Astronomica, quo quo fieri potest, studi-  
o, quantumque compere licuit & exacte denodare.  
Res itaque sic se habet.

Aano salutis nostræ 1240. Alphonsus Princeps Hispaniæ, & Ferdinandi Sanctissimi Regis Castille filius, cùm literarum, tum potissimum Astronomicarum disciplinarum, ad quas veluti naturæ quodam pondere feriebatur, amore stimulatus, vt iam incredibiles in ijs progressus fecerat, ita quoque animos omnium in admirationem sui traxit: Interim confluentibus ad eum tanquam ad oraculum vndeque & vndeque Astronomis Mathematicisque, cum iam à multis annis de siderum motibus à Ptolomæi temporibus in eum usque diem interruptis, & oppidò defectuosis, tum per se ipsum, tum per alios certior factus, errores cognosset, intenta mente applicatione eos ponderans, serius de remedio quantocvds adhibendo deliberauit: quoniam verò inaudierat summos in Africa Astrologos, tum Arabes, tum Iudeos stôrere, qui & emendatissimas de siderum motibus tabulas possiderent; vt concepta iam dudum animo molinina educeret; quotquot eo temporis in Astronomica facultate magna nominis celebritate stôrent, ingentibus sumptibus euocauit, quos inter fuisse dicuntur, vt in Astronomica Historia Christmanni traditur, & August: Riccius in præfatione in Almagestum Ptolomæi fusè protequitur; Alfarabius, Abenragel, Prosiatius, Mahumed, Haomar, &c inter cœteros Princeps Isaac Hazan Synagogæ Toletanæ Cantor Hebreus.

Tépus quo  
zyphræ mo-  
deinx uome  
torum in  
Europam et  
latæ sunt.

Alphonsus  
Rex Astro-  
nomiam in-  
staurat.

Tabulae Ad  
Astronomicæ  
Arabæ &  
Hebreorum  
in Africa.

Authores  
ad eundem Ara-  
bes celebres  
euocantur in  
Hispaniam.

## 50. Origō & Fabrica Nūmōrūm.

bræus ; Qui omnes allatis secum Astronomicarum Tabularum codicibus, veterum emendationis tabularum, initium fecerunt, quorumque opera postea celeberrimum illud opus, quod Tabulas Alphonsinas vocant, primum in lucem exiit, tante apud omnes estimatio-  
nis, ut ex eo Rex Alphonsus immortaliter nominis sui gloriā non immerito comparauerit, Sapientis titulo apud posterios obtinet. Atque huius Astronomicæ sy-  
nodi occasione zyphras Arithmeticæ, quibus Arabum Tabulæ constabant, quasque iam ante nonnulli ex Hispanorum Astronomis & Mathematicis à Mauris ac-  
cepérunt : primum in Latina Tabularum descriptione introductas fuisse, omnes ferè Astronomicarum rerum scriptores consentiunt ; cum ante harum editionem Ta-  
bularum, non nisi Latinis notis Tabulæ conscriptæ repe-  
riantur .

Tempus verò, quo Rex Alphonsus hoc opus in-  
choauit, Mariana teste, fuisse dicitur annus post Chri-  
stum 1240. & anno 1252. quo Patre Ferdinandu-  
s functo Hispali, ipse Regni gubernacula adiit, in lucem  
editum fuisse, Chronicum Astronomicum Patris Ioannis Riccioli scitè ostendit, quies & Arabum Historici con-  
sonant.

Opus itaque verè Regium, vepore in quo quadra-  
ginta aureorum millia expensa dicuntur, ut nouitate  
sua omnium Latinorum animos vehementer accendit,  
ita ex nouitate curiositas famam operis identidem per  
Europam increbrescentem secuta, hoc præstítit, ut beatum se quispiam diceret, cui describendi operis copia  
con-

Tempus  
quo zyphræ  
numerales  
introduc-  
tuerunt.

Sumptus &  
Rege Alpho-  
so in Astro-  
nomie in-  
flauratione  
expeſi.

concederetur & inquit intra plurimos annos multiplicatis iam Exemplaribus Manuscriptis (Typographia quippe aetatem invenire fecerat, sed anno 1400. Magister pri-  
mum per Leonem Faustum Orbi innotuit) factum fuit,  
ut noue haec numerorum notae tempore scribendum facil-  
limae, cum ad computandum aptissimas ab omnibus ac-  
ceptatae, non ad priuatam dimitaxat, sed & ad publi-  
cū bonū conquererentur.

Ab anno itaque 1252. quo primū in zyphræ Arithmeticae ad nos translatae sunt, fluxerunt ad annum 1606. Scaligeri etatē anni 354; ad annum vero 1665. anni 413. Quoquot autem Scriptores. 70. ab  
hinc annis harum mentionem fecerunt, eorum ad His-  
panos aut Græcos translationem intra 300, aut 400.  
ab hinc annos præterpropter constituunt: & ex Planudis  
patet Arithmetica, quam ut supra diximus, iuxta ha-  
rum zyphrarum notas, anno 1270. Imperante Michae-  
le Palæologo edidit, ab hinc annis 392.

Atque hoc ita esse, omnes ferè consentiunt: Sca-  
liger, cuius verba suprà allegauimus, à sua ætate trecentos  
præterpropter annos constituit, quem secuti Grute-  
rus & Hermannus Hugo; ille in suis, quos *Fax Axiū*  
vocat, inscriptis libris; hoc in suo de scribendi origine,  
libello, his verbis ostendunt: *Barbarica Arithmetico-  
rum notæ quibus hodie vtimur, ante trecentos circiter an-  
nos tantum ad nos venerè ab Arabibus, & Hispani qui-  
dem primū eas acceperunt à Mauris, Latini denique  
omnes ab Hispanis; Quibus non abnuit Matthæus Ho-  
stius in Libro de recta numerandi ratione. Theatrum.*

## 52 Origō & Fabricā Nūmērōrum.

vītæ humānæ Tomo N. fol. 64. Notæ Barbaricæ, quæ zyphras vocamus, recentiores sunt, quām quidam existimare possent, à Mauro in Hispaniam primum introductæ, & ab his ceteris Europe Provincijs communicatae.

Certè à Mauris primam communicatas, vel ipsæ notæ ostendunt, quæ à Latinis in nullo serè discrepant, ut in apposito schemate patet.

Zyphræ Latinæ.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	0
Zyphræ Barbaricæ.	I	P	W	T	B	G	A	V	4	O

Vbi vides unitatem barbaricam eandem esse cum i Latino. 2. eandem esse cum barbarica n., nulla alia intercedente differentia, nisi quod hæc, more Arabibus visitato, sit inversa, Latina sic 2. linea non nihil producta.

Pari pacto ternarij numeri zyphra nihil aliud est, quain inversa Arabum modo 3, quæ ternarij Latinæ respondet Latino 4. hoc modo q; neque quinarius Arabum 4 ab ludit à Latinorum 5, nisi quod illus clausus sit, & inversus, ut q. 5, inversus enim sine clausura 5 ad amissum respondet. Senarius Latinorum ad amissum concordat Arabico, nisi quod hic, inversus sit; sed eti; hic vides & Arabum quoque septenarius v. inverso modo sit. 7. Latinorum. Octonarius vero Arabum, omnium maximè differt à Latinorum octonario, quod eur factum sit, non nisi per coniecturas explicandum est; forsitan olim septenario V. supponebant A, ex quorum coniunctione nascebatur infra scripta lineola

Octo-

22

Inversa 9.  
sex 6.  
Inversa V.  
rect. 7.

## Origo & Fabrica Numerorum. 53

octonarius X, nostro non absimilis, & in hunc usque diem apud Coptas in usu est. Verum ut Arabes compendio studebant, sic facile per septenarij notam, V in uerso modo expressam, octonarium exhibere posuerunt. Nouenarius vero Arabum ita congruit Latinorum nouonario, ut differentiam vix agnoscas. Depique zyphram, quam Arabes per punctum, Latini per circulum, vulgo ex quo vocant, quamvis apud Planudem hanc zyphram sub circelli quoque forma expressam seperans, ut proinde nonnullam differentiam hanc notas incurruisse mirum non sit, cum eas pro vario scribentium modo, varias in hunc usque diem comperias; continuationem vero horum numerorum videbis in pinace supraposito.

Sed obiectet nonnemo: numeros hosce Q & A, qui nostris 4 5 & 7 respondent, ante 300 annos in Anglia inuentos, à modernis nonnihil discrepare. Respondeo, has notas nullam, ut in scholis loquuntur, specificam differentiam inuoluere, sed prius cum hominibus easdem esse, nam' cadem est cum 5, & A eadem cum 7, nisi quod illa parumper à situ naturali 7 detorta sit: in 4 tantum differentia oscurent, cuius rei rationem vel assignare non possumus, ita id vel communi scribentium, vel Scriptoris particularis sic volentis confundiri adscribendum esse existinemus; cum & hodie ita diversimode à diversis exprimentur, ut non exigua haec inter & vulgatas notas differentia inueniantur.

Sed ut hæc amplioribus testimonij stabiliantur;

audia-

## §4 Origo & Fabrica Numerorum?

audiamus Petrum Ramum, qui Libro IV. Scholasticis Mathematicarum, folio 117. quæ Euclisque de Barbericis notis dictâ sunt, veluti annexatae quadam, nec non insigni attestatione confirmat his verbis? Nam eti  
seu nota; quæ hic describuntur, recentes sunt; his enim Euclides vel Theon nunquam usi sunt, nusquam Archimedes, aut veterum quisquam. Nicomachus ait. Numeri significacionem per unitates esse voluntarii, et prebetas, ideoque simplicissimum. Gracos vero litteras quæ oīdū  
path, lego & constitutim hominibus significare: ut r. qd  
10. K quo 20. &c. significantur: Denique apud veteres neminem notare posuit nos notas: 10 30 C. Alij se ferunt, ad Phœnices Arithmetica inveniuntur, propter eandem commerciorum rationem; Alij ad Indos: Apennes à Sacrebofco, cuius sepulchrum est Lutetiae in Comitio Maurinensi, refert ad Arabes, nec opinio aliena est; Cum orbe Arabes posirentur, etiam disciplinarum potiri posuisse hand à vero abladaz. Itaque eorum scripta multa exstant in Philosophia, Medicina, Mathematica, unde Algorismus pro Arithmetica, Almagestum pro Syntaxi magna, quia ad Arabibus articulus est, sicut post verò græc numerus. Ex primito maximum: permisit itaque & Arabico & Graco vocabulis, facta sunt noviva Algorismus. & Almages-  
sum. Quicumque autem fuerit inuenitur decem notarum, laudem magnam meruit: res ipsa certè sancum placuit, ut omnium gentium consensum meruit, quod è libris latini, græc & hebraice editis patet; hodieque omnes ha-  
notæ zyphra vocantur, & hinc numerare idem sit, quod zyphrare. Huc vixque Ramus. Vbi nota Ioannem de  
Sacro-

Commenda-  
tio zyphra-  
rum.

Sacrobosco, cuius mentionem facit Ramus, primum  
fuisse, qui in Francia libros suos hisce notis insignierunt,  
vix postea dicetur.

Confirmat hæc eadem Lucas Gauricus ipsa *Oratione* <sup>Lucas Gau-</sup>  
ne quadam de laudibus Astronomiae. Per rite habita:  
verba eius sunt: *Nec minus nubis inscribendo profuerunt*, <sup>et non est ut</sup>  
*Arabes cum plerisque recutiti Sabbatarii*, qui suas ad  
nos invenientes induxerunt; *quorum plerique in Hispania* <sup>etiam</sup> *Alphonso Regi auxiliares in Astronomia instaurans*  
*et manus porro xerunt*, *Omar, Haly, Abenragel, Ge-*  
*ber Hispanensis, Iacutus, Gale Calonymus, et alijs quam*  
*plurimi.*

Petrus Nonius in praefatione in Sphaeram Ioannis  
de Sacrobosco, hasce in Occidentem ab Arabibus trans-  
lates, his verbis confirmat: *Nam etsi*, inquit, *Arabes*  
*desertam à Græciis possessionem magna vi invaserunt*, <sup>Petrus Nonius.</sup>  
*adèò ut has Arees in Occidentem et Hispaniam usque pro-*  
*pagauerint*, *tamen* *cerum scrisse ostendunt*, *curiosam*  
*Nationem non tam laborasse in obseruando mortibus, quam*  
*in diuinacionibus per numeros & quaram adèò cupidi erant*,  
*ut non contenti Ptolomai Astrologia, sortes etiam. Et alia*  
*multa predictionum genera astrologiæ commenti sint:*  
*et nostri numeros Arabum suffulti subscriptijs, multò*  
*postmodum excellentius Astronomiam tractasse censi-  
debet.*

Quæ hic de superstitione Arabum per numeros <sup>Supersticio</sup> <sub>Arabum in</sub>  
innuit, verissima sunt: adèò enim hisce zyphris, in  
sanunt, ut nullam sine hisce deliberationem suscipiant,  
nullum Astrologicum, genealogicum, nullum apote-  
lesina

## 56. Origō & Fabrīca Nūmerorūm

lesma, aut prophylacticum sine hisce condant. Quā cum iſi Cabala Saracēnica Secendo Tomo Oedipī, & in Magia Hieroglyphica fusē tractauimus, tō Pectore m̄ remittimus.

Restat tandem hoc loco Cōrotidis loco apponendū.   
Io. Bap. Riccioli <sup>et alii</sup> testimonium P. Riccioli, qui in p̄fatione noui sui Almagesti, p̄dicta multò penitus ponderan's, sic ait: Cum Tabule Ptolomaeicæ successu temporis manifeste a Cœlo aberrarent, Albategnius nono Christi seculo (1) 101 Azophi, (2) 11. Aræael (3) Geber Hispalensis, nec non Persarum Mathematici Tybernenſes de Motibus Cœlestib⁹ instaurandis cogitarunt; (4) iam Copta à Saracenis Alexandriæ, ad Arabes Astronomia veluti captiua iam alio abducta fuerat, (5) Iudei cum Arabibus non minores de superitione Cabalistica, vel Astrologicis deliramentis per siderum motus stabiliendis, quam de ipsis Cœli motibus deritabant: Ex hac colluui Alphonſus Tabulas Alphonſinas construi iussit, ediditque anno 1252; sed reuocatas ad Albategnius normas dono edidit anno 1256. quō anno Sph̄aram suam Ioannes do Sacroboso Parib⁹ vulgavit.

Atque hæc sunt, quæ de zyphtarum origine nonas pro dignitate quidem, sed pro temporis angustia, adducenda duxi; fateor tamen, ad exactam dictorum veritatem demonstrandam, inter paucos, quos ego consului codices, quamplurimos alios quadrincentis annis antiquiores, consulendos esse.

ARIT-

# ARITHMOLOGIAE PARS I.

## De arcana Numerorum quorundam, quos Pronicos vocant, proprietatis.

### PRAEFATIO

#### Ad Lectorem.

**E**xposita iam numerorum origine ac fabrica, restat ut ad abditas quasdam eorundem proprietates calamum admouedamus. Ita enim humano ingenio comparatum est, ut si quem rarum & exoticum, sive in Mathematicis, sive naturalibus disciplinis effectum deprehendant, causarum ignari, protinus in admirationem rapti, nescio quid diuinum, Graci τόδιον vocant, sub ijs latere, ripotè ad operandum efficax, firmasibi fide persuadeant. Quod tum in alijs, tum potissimum in mirificis numerorum, quos pronicos vocant, proprietatis usu venit: Has enim Orientis Philosophi tum Arabes, tum Chaldae, Hebreorumque Mekubalim cum aduertissent, & nescio quas prodigiosas operationes, tum in artificiosa eorundem dispositione, tum in collectione omnium in unam & eandem summam quaqua versus

H

fa-

facta subolsecissen; i admiratope atropiti Nepti non posse,  
 quin mirum quidpiam. Et ad mundi Genios attrahendos  
 opportunitum sub ijs delitescoret. nigra credulitate in certo  
 habebane. Unde contigit, quod ex se parum sincerum,  
 quodque suas rationes apodicticas in Arithmetica et Ge-  
 metria recte futatas habet; at simpliciter superstitiones  
 traherent; dum numeris huiusmodi figuraeque essentiam  
 naturalem, cuius, omnium Philosophorum sententia,  
 expertes sunt, attribuere ausi sunt: sed et humani gene-  
 ris hostis eorum se operationibus commiscent, non desitit  
 mirificos. huiusmodi effectus subtile superstitionum vela-  
 mento tegere, modumque suggerere, quo in amuleta. Ex  
 periammata efformari, iunctisque ijs barbaris et nil  
 significantibus vocabulis, septem mundi Genys Planeta-  
 rijs impie consacrari possint. utique nullo alio fine nisi ut  
 eos satanico hoc irriteret commercio, in laqueos suos cum  
 aeterna felicitatu damno traheret. Ut itaque quisque ab  
 huiusmodi fibi caueat, hac secunda parte vires. Et pro-  
 prietas nonnullorum numerorum, iuxta Geometricas  
 leges ita exponemus, ut. et. Mathematica ratiæ in ijs  
 certa quidem ex evidens patet, origo vero superstitionis  
 occasione horum numerorum evata, Et virtus illa per  
 quam huiusmodi numeri efficaciter, impia incantorū  
 mortalium persuasione operari credebantur, luculentius ad  
 cautelam innesceret.

# Principia propriae thesauri. 99

silentiis in se statim , sicut nubes videntur vnguis et  
caput eius in capite , quod AXP M. T. Ille quod est de obn-  
-uatis non videntur nisi qui sunt in fine mactinav-  
-tis huiusmodi . **Dominio numerorum effectibus** . multo exibit et  
in totum acutum in quo sit , & si habet , numerorum opus statim

**A**rcanissimos numeros habuit , scilicet prius  
cipalibus Dijis dedicatos , omnem est ; quales etiam in tri-  
-nus magis sustinunt , ita quibusque Dijis dedicati sunt quos prius  
babusint , demonstrabitur . De hisque Aberranschis  
de culeu . **Agyptrionibus** ( *Mensineantur Philosophi Agyp-*  
*trij* ) quandoenam , ipsi septem in vnderili in magna veneratione  
- quos , **Ci** *septem* . **Dijis** *cerum* *consecrabant* ; **vi-**  
**selicor** , **Saturno** , **Apollo** . **Rogaban** *sive Marti* , *Sabi* , *Ke-*  
*seri* , *Mercurio* , **Ci** *Luna* . *Saturno* *dedicabant* hosce  
numeros . 3. 9. 27. 81. 243. *In* *hunc* 16. 34. **Ci**  
336. *Marti* *hos* 5. 25. 65. **Ci** 925. *Sabi* *hos* 6. 36. 111.  
666. *Kepes* *hos* 49. 1175. **Ci** 1225. *Mercurio*  
*hos* 18. 64. 269. 2080. *Luna* *denique* *significabat* . 369.  
tur.

da-

Berijatio  
nomium  
peregrinorum  
Gnosticis  
visitatorum.

dahoth, in septimo Sabaoth constituant: Sabaoth autem dicunt formam habere porci aut asini: atque his quidem magnum quid apud imperitum vulgus, nec non in gentia Sanctitatis Sacraenta docuisse videbantur: Quæ tamen nomina non nisi è superstitione Hebreorum Cabala extracta sunt. Nam, ut supra diximus, IAO non nisi ex nomine Dei tetragramato יהוה Iehoua contracto corruptioque originem inuenit, quo Iouem innuebant, quasi dicerent Ioua, aut Iehoua. Eloheus & Adonæus à duobus nominibus יְהוָה, אֲדוֹנָא Eloha & Adonai, quæ Deum & Dominum potant; Ialdaboth à יְהִי אֶבֶן id est genitore Patrum. Orcus à ṬHN quod Iugum, Sabaoth à נָבָת quod exercitum, Astaphæus à ḥpd quod lauare, mundare significat, nomen inuenit. Vocant autem principales hosce Aeones ophionios sive serpentinos, eo quod Ialdaboth supremum ordinis sui Aeonetem, quem callidissimum serpentem dicunt, dominorum arcanorum explorationi curiositas insisterem, à coelo præcipitasse seruent; qua de causa poscer & cunctem Ialdaboth formam serpentis, ad formidinem coeteris incutendam induerit. Atque hoc pæcta omnes à Ialdaboth procedentes. Acqnes ophionces, id est serpentinos dictos, suiss, quds, & in sigillis suis sculpturis que sacris serpantino habitu sub nominibus Iao & Saqbaoth exprimunt, addunt & his Angelos Archangelos, que adnumerari, queis quidem hisce nil nisi aut Typhonis cum Osride certamen indigitari, quasi non videt; & atque huc usque Ireneus eiusque Interpretes.

Cur Aeones  
Orphionet  
sunt dicti.

magis. T. s. M. ex ueris illis Q. ueritatis  
. libro **CAPITULI** quatuor.

*S*tilborum in magis et fere Testimonia etiam ex limis  
et Gnosticorum principis veritas experientia nona  
et illius ueritas non est nisi ob. illius C. ost. & sunt ei  
**M**ox à diuersis iam multis ante annis huius farinæ  
**C** superstitiosa Brevia ~~formularia~~ pd. me. gra-  
milla sint, operæ pretium me facturū existimau, si ea hoc  
loco ad cautelam ~~eniosum. hominum~~ vnā expone-  
rem. Hæc epim Magi Gnosticorum discipuli, varijs la-  
pidibus gemmique, pro analogia rérum votis eorum  
congrua incisa, tūm contra varios malorum euentus,  
tūm ad animos mortaliū ad vota sua trahēdos, modò  
in cordis iacta in linguae, capitis, oculorumque figuram  
adaptata geslabant. In Rubino inscripta monstruosa  
supradicta nomina, figura magica conueniente, tūm  
contra omnes ignes morbos, tūm ad fortunam, felici-  
tatem, Principumque fauorem & gratiam acquiren-  
dam, multūm posse sibi persuadebant. Ad diuitias,  
amores, dignitates, prosperitatemque itinerum, nunc  
Cryſtallo, modo Achati aut Amethysto, Topazioꝝ,  
pro virtutis, qua gemma credebatur potere, ratione in-  
ſcribebant. Né itaque superstitioni homines huiusmo-  
di satanicis laqueis irretiantur, imò ea cane peius &  
angue fugiant, radices superstitionis, prout à multis iam  
ad id præstandum instigatus fui, ad Gloriam Dei, &  
Salutem animarum hic aperiam.


Supersticio-  
nes Gnoſti-  
corum.

*Amuletum Gnosticorum ex Museo Eminentissimi  
Francisci Cardinalis Barberini.*


Primum itaque quod non ita pridem milit exponendum Eminentissimus Franciscus Cardinalis Barberinus e suo Cimeliario de promptum transmisit, est sequens. quod minuta interpretatione exposuitur, hic curioso Lectori exhibet.

### Sigillum E. Magico-Gnosticum.

#### Prima facies.



#### Secunda facies.



#### Lectio continua.

\* ΖΕΕ MAXEI OV ΣΑΒΑ ΣΕΒΗ ΒΑΙ ΣΟΜΗ ΟΡΟΜΑΖΗ ΣΑΒΑ ΣΩΜΟΙ Ο ΑΝΟΒΙ ΜΕ ΚΑΝΑ ΓΑΒΡΙΑ ΝΕΟΡΙΑ ΑΒΡΑ ΕΙ ΑΚΟΥΑ ΝΗΡ ΔΙΑΦΤΛΑ ΖΟΝΑ ΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

#### Interpretatio.

Zebareb Elan Elan Elan. Fugra è Sakasib.  
Bel, Balsamith, Oromaze, Sabaob, Adieith, Anakis,  
Mi-

*Michael, Gabriel, Neoriel, Abraxas luminis superioris auctor  
fusor, custodi Alexandrum!* Et hoc est enim quod de  
Et itaque hoc velim sive magicum sigillum  
in Sardio lapide, quem & Corniolatum vocant, sub cap-  
to ascendentis astrologica arte, ne quid superstitiosis  
decesset, incutum; quod in prima seu anteriori fascie  
serpentis, cui caudam stellam Mordenum habet; in orbe  
tunc obvalem figurantur primitus loco occulta figura ab aliis  
et sonis radibus conspicua etiam litteris. **S EEE.** Per serpentem  
notatur ophionius Aeonum Princeps *Ialdaboth*, **ccc**  
*Tao*, *Sibaoth*, de quibus prout ante hoc dictum est per  
belonatus ille seu syrianus Actuum Ophionia notatus, **c**  
cuius ille praes & caput est triumnum videlicet regum  
principium; quod etiam alii **S EEE** significant; quasi  
per invocationem dicentes **O** godatis ophioniae prin-**ccc**  
ceps *Zabaoth Elan*, *Elan*, *Elan*, Dominus Deus,  
Deus, Deus noster; Vbi nota *Zabaoth* eundem esse  
cum eo quem supra *Agyma*, *Agyma* ex hebraico no-  
mine *Ialdaboth*, id est Patruti genitorem; seu Patrem  
Patrum Gnosticos dixisse supra ex Ireneo testulimus, **ccc**  
quem etiam cum *Abraxas* confutum reperio. Marcus  
vñus est Gnosticorum Corypheus sat ridiculo sane nomi-  
nem etiam perire, ut hebreus testatur, *Caulanauch* vo-  
cat, cuius significatio vñl multi interpetrum in mem-  
orem venit, ita mea ratio parsim esse ratus sum illam de  
tenebris evenerit. Verbum hoc *Caulanauch* dicit Cabala **ccc**  
Hebrorum: delusum, Angelum lucis vocat, **ccc**  
erueruntque illud ex hebreo textu Cap. 28. Isaiae, vbi sic  
dicitur. יְהִי־רָקֵב־עַל־עֲדֹת־יִשְׂרָאֵל id est, manda, re-

6 spanda, expecta, reexpecta. atque ex harum litera-  
 10 rum numeris καὶ ἰεροφαις numerum, formant 888,  
 15 οὐκέτι δινομίνοντες. Nomen IESV ΙΗΣΟΥΣ contento corre-  
 20 spondente; adeoq; ipsum Christum abdita quadam ratio-  
 25 ne, tametsi impie, insinuantur, ἵστησι numerorum in-  
 30 unigenite positam, vides de quo nomine Irenium con-  
 35 sultu, uā in uberrime difficultate; quomodo videlicet  
 40 Ialdebuti generis Aeonem Caulancauch Orimazem,  
 45 id est inuentorem lucis; quomodo Abraxas Aeonem,  
 50 annis solaris praesidem, & Iao. Caelorum Principem  
 55 pente; Ut proinde satis mirari nequam, quid pha-  
 60 nacis hisce hominibus in mente uenerit, ut scientiam  
 65 nouam ex ijs rebus qua uiri triuiae sunt, ita subsisteret  
 70 non possunt, conditam insolentius mundo obtrudere  
 75 tam inscite, & inconciplne philosophari in nume-  
 80 ris nominibusque textuum S. Scripturar, et si ierusalem,  
 85 quo ad rem tamē ibcunguis, non sunt verecondati, ut  
 90 potè qua nec ullam ad se iugicem connexionem, ne  
 95 que certitudinem obtinent, in numeris p̄tūlūm,  
 100 qui & ad bonos & malos, immo oppositos contrariosque  
 105 sensus accommodari facile possunt. Est hæc Cabalistar-  
 110 sum Gnosticonque temeritas & aineptia, quæ quid  
 115 ΣΟΥΣ. quid ad intensum eorum comprobandum, de certitu-  
 120 IESVS. dine aut veritate allusionis patrum solliciti, assumebant,  
 125 dummodo noua, inaudita, abstrusa hominibus suca-  
 130 Σ. rum huinsmodi nescijs, prorulisse videri possunt, & in  
 135 O. adducto nomine Caulancauch luculenter patefir. Quid  
 140 T. enim Caulancauch ad diuinum IESV Nomen, aut ad  
 145 Σ. textum supracitati Isaiae per interposuit numerorum allu-  
 150 888 sio-

sionestique habeat, equidem despicere nequeo. Vnde recte S. Irenaeus ait: *Satanica artis esse, Sacra Scriptura dictiones tot tantisque modis non dumtaxat adulterare, sed & recte expositas ad immanes fabulas & superstitiones, imo & Idolorum effectiones formasque, atque statuarum figmenta. tum ad errores suos apud simplices homines per borrenda huiusmodi nominum monstra euulgandas, tum ad nonnullam turpi & fabulosa artis conciliandam existimationem applicare.* Verum cum huiusmodi argumenta fuis in Oedipo perstrixerimus, eo Lectorem remittimus. Interim ad institutum reuertamur. Sequuntur iam in Sigillo verba MAXEI OV CABAO<sup>Ω</sup>, id est, MAXEI pugna ἐ Sabaoth, πάχη deriuatur à græco verbo μάχη, OV CA quod certare, pugnare, & defendere significat, OV BA Ω<sup>Ω</sup> idem quod vocatiui particula. Quid vero per Sabaoth intelligatur, iam in praecedensibus expositum fuit. Sequitur modo in contextu verborum BΗΛ ΒΑΛCOV-MH<sup>Ω</sup>, Bel Balsamith, que pariter ex Chaldæo בָּל Bel, & hebreo בָּל צָבֵא, cīl, voce ægyptiaca sumit corrupta. Significant autem per Bel, Chaldaei Iouem, ut in columna à Semiramide erecta pater.

BΗΛ<sup>Ω</sup>. ἀν' Beati<sup>Ω</sup> & Mē wātñg BΗΛ<sup>Ω</sup>. γίγας,

id est Bel, & ir Briareus mihi pater Iuppiter gigas. Vti habentur Danac. 30. Baalsmith vero Dominus coelorum dicitur Exod. 14. quod nomen compositum est ex Baal hebreo & sumis Aegyptiaco, quo nomine coelos notant; & quamvis hæc nomina diuersum quid sonent, ne tamen unum & eundem denotant Deorum suorum genitorem Ialdaboth, vti supra expositum fuit.

Cui

OPO-  
MAΞΗ  
CA-  
BAΩΘ

Plut. de  
Osiride &  
Iside.

Cui *Sabaoth*, (quod nomen toties repetunt, Deum exercituum sive stellarum, quæ exercitus cælorum ita Sacra Scriptura dicuntur) prorsus æquipollit. Sequitur deinde in sculptra Sigilli OPOΜΑΞΗ ΚΑΒΑΩΘ, Oromaze Sabaoth, quid per Oromazen intelligatur, aperio .: Oromazes celebre Aegyptiorum nomen, ex Cabalica Hebræorum schola deductum nomen, originem suam obtinet ab maza ορα & αττιν ora quorum prias lucem, ignem, lumen, alterum inuenire significat; quasi dicerent οραμαζα oramaza, id est, inuentor lucis, ignis, & luminis, quæ omnia pulchre & scitè Plutarchus lib. de Osiride & Iside exposuit. Oromazen, inquit, Aegyptij natum aiunt ex luce purissima, Arimanum e taligine, eoque bellum inter se continuum gerere. 6 Deos fecisse Oromazen, Arimanum totidem; Oromazen vero se triplicasse, & à Sole tanto se intervallo remouisse, quanto à terra Sol est; ac cælum stellæ adornasse. alios porro 24 Deos condidisse. & in ovo posuisse, ac totidem nāmōdū factos ab Arimano, oīum illud perforasse, hinc malabonta permixta. Quæ omnia quæ de Ialdaboth singunt Gnosti, Aegyptiorum fabulis confinijs sunt, quorum allegoriam uberrimè ex laetiblico expositam vide Obelisco Pamphilio fol. 172. ait autem Plutarchus citato loco. Zoroastren inter Oromazen & Arimanum Meithram constituisse modium, quem ideo Persæ perire vocant, docuitque eum placandi, oblatanumque victimarum illi immolandarum modum & rationem, hinc auertendi mali causa institutas esse prophylacticas; ceremonias verò citato Plutarchi loco videat Lector: Quicumque illa

illa, quae supra de *Ialdaboth* & *Archamoch* Gnostico-  
sum diximus, ritè examinari, is utique Gnosticos ad  
hanc Deorum *otilexian* respexisse comperiet. Pari-  
pacto Cabalistæ sacra profanis miscentes, eum quem,  
Gnosti *Ialdaboth*, illi *mittron* id est *Sadai*,  
*mittron*, *midras* dicunt, atque ex numerorum sub hu-  
mismodi nominibus latenum *isophia* clare demon-  
strant: hæc enim in numeros resoluta, eundem prorsus  
numerum exhibent, videlicet 314 ut in margine patet.  
Est autem apud Mekubalim *Mittron* idem quod *Sad-  
ai*, & ubertatis rerum omnium à Deo emanationem  
indieat, quam & Aegyptij per *Hedem*, Græcique per  
*Cybelam* *zeu/pas*, id est multimammiam nota-  
bant. Quod itaque est Aegyptijs *Orinazes* & *Ossiris*,  
id in Cabalica palestra est *Saddai* & *Mittron*, quibus  
omnibus *Abraxas* & *Mithras*, vii ex horum numero-  
rum *isophia* paulò superius ostendimus, congruit: qui-  
bus & reliqua numinum *Lao* & *Caulanach*, *Sabaot*  
phanatica nomina consonant. Sequitur modo in Sigilli  
Scriptura **MOIOT ANQBE**, in quibus nominibus rursùm  
Aegyptiacæ superstitionis figmentū se exerit; **MOIOT**  
vel *muat* aut contracte mophita deductum à *mu*, quod  
aquam, & *ot*, quod numeri significat: idem est quod  
Genius aquarum, quem & nos in Obelisco Pamphilio  
& Oedipo varijs locis expositum *Momphe* vocamus;  
hic enim humidi & potissimum Nili, totius foecundi-  
tatis in rerum genefi præses esse credebatur, ut fuse cí-  
tat is libris docuimus, quem etiam cum Anubi magni  
*Osridas* affecto se confundebant Aegyptijs. Erat au-  
tem

|   |            |
|---|------------|
| o | 300        |
| t | 4          |
| v | 10         |
|   | <u>314</u> |
| D | 40         |
| v | 9          |
| v | 9          |
| T | 200        |
| t | 6          |
| b | 50         |
|   | <u>314</u> |
| D | 40         |
| v | 10         |
| T | 200        |
| D | 60         |
|   | <u>314</u> |

**MOIOT  
ANQBE**

Quid An-

bis?

tem Anubis idem qui Mercurius, quem κοροκα/φάλον pingebant, id est canino capite conspicuam, ob summatam ingenij sagacitatem, qua rerum omnium inuentarum, & ad usum humanæ vitæ necessariarum author habebatur, hunc autem eundem cum μωάεστι Sche-ma fol. 294. Obelisci Pamphilij sat demonstrat. Vbi Mercurius canino capite dextra sphæram, sinistra caduceum tenens, Crocodilus innixus depingitur. Est autem Crocodilus & humidi niloticus, & μωάεστι siue mortpha eius præsidis symbolum, vii citatis libris expeditiimus, quem virimq; sibi Ammon αἴγανθον id est arietino capite, & apis Bημέρας id est bouino, quorum uterque vas niloticum in capite tenet ad humiditatis fecunditatem, cui uterque præstet, indicandam. In numismatis Romanis sub capite canino, sistro, caduceo-que instructus Mercurius eandem ob causam, quam dixi cernitur. Erat enim sistrum, teste Plutarcho, niloticæ motionis symbolum. Sed iam ad nostrum institutum revertamur. Gnostici iraque per μωάεστι avouari, nil aliud intinebant, quam Ialdaborh, ex quo ΜΟΙΩΤ ΑΝΒΙΝ id est, ex vapore diuino Aeon ήττη & αλιθην prognatos Irenæus asseruisse refert. ut proinde non sit mirum Gnosticos ex tam horrenda diuinorum mysteriorum cum profanis fabularum gentilium figurantis confusione, in tam impias, sacrilegas, & abominandas heresies prolapsos fuisse. Cum itaque Gnosticos insanæ lux in tam absconorum nominum fictione puderet; in secunda Sigilli facie ad animi peruersitatem tegendam, Angelorum Archangelorumque nomina producunt, ne-

Sa-

Sacra nomina defuisse videantur, quorum prius est MERCAHAL, 2. ΓΑΒΡΙΗΛ, 3. ΝΕΟΡΗΛ, quos beneficis Genios dicebant, & magni Ialdaborib nuncios. Vbi nota nominis MEIKAHAL, in prima facie Sigilli ultinum bimillatum MEIKA, in secunda per HA compleri. Michaelis Irenaeus lib. 1. fol. 73. Gnosticos ὄφιμος ex opinionib sacræ hebdomadis choro credere affectit. Sancta autem spirituum hebdomas nihil aliud est, quam septem planetæ quibus totidem principes praesse sentiunt: esse autem serpentino habitu, & binis cornibus conspicuum, quæ eius Commentator Feuerdantius in hunc locum sic explicat, ὄφιμος, inquit ille, Michael et Samuel exprimunt, quod magie seduli cultores magicis spirituum nominibus abutentur, inter quæ non sunt postrema Michael et Samuel, quem ex Hebrei Camuel vocant, illi siquidem ad antiquis Hebreorum patribus se accepisse dicunt, septem planetis totidem praesse Angelos, ex quibus Michael Mercurio, vel ut alii Soli. Ex Vento Orientali; Marti vero Samuel presunt; Gabriel vero à Gnosticis dicitur magni Ialdaborib, quem Graci οὐρανοῖς dicunt, minister et nuncius. ut vero Michael serpens dicatur, superius expositum fuit ex Ireneo: Ialdaborib enim post Luciferum Serpentem est deus præcipitatus, ipse serpentis formam induere sibi complacuerat, & consequenter alleclas suos, quos ideo opinionis Spiritus vocant, pari pacto serpentium habitum, ad formidinem coeteris iactuendam, induere voluit. Sequitur modò NEORIEL, quod nomen ex Graeco et hebreo compositum, luminis mentalisque caloris praesidente.

Quid Neoriel?

notant, quasi dices εἰπειλ: τὰ οὐκία τὰ μὲν καὶ τὰ μέντοις; וְאַוְרִיאָן, *Vriel* vero ab יְהוָה, or, vel vr, quod ignem, lucem, lumenque significat, & à nomine EI הָנֶה distinctionem suam sumit, & idem sicut cum Orimage reputatur. Hosce tandem quasi complementum sequitur portentosus ille Gnosticorum *Abraxas*, ΑΒΡΑΞΑΣ ΑΚΟΒΑΜΝΗΠ, de quo iam sat superque supradictum fuit, quo idem bonorum omnium largitatem, lucis calorisque satorem significant, eo quod *Abraxas*, ut supra diximus, inter solaria numina Princeps, lucis calorisque influxu omnia inferioris mundi regna animare, souere & sustentare credatur, verus nempe ille Aegyptiorum *Ostria*, Cabalistarum *Mitatron*, Persarum μάθημα, & Graecorum denique

*Omnia Deorum Deorumque nomina vnum Solare Numeron exprimit.* Apollo seu Phoebus: adeoque omnia haec confusa ab Aegyptijs, Cabalisticis, Gnosticis, Græcis, & Persis: nomina, in vnum numen supremum rerum omnium arbitrum colliment; quemadmodum mythologi omnibus veterum Deorum nominibus, queis deastros suos insignebar, vnum solem, ut & Dearum nominibus vnam Lunam indigitabant, de quibus vide Obelis. Paph. fol. 252. Sequitur tandem conclusio epigraphes ΔΙΑΦΗΛΑΞΕΩΝ ΑΛΕΧΑΝΔΡΟΝ, id est custodi *Alexandrum*. Quisnam vero hic Alexander fuerit, conjecturare difficile est. Hunc Regem, Principem aut belli ducem fuisse, vero haud absimile videtur, qui horum factorum à Gnosticis nominata præsidio & attractu, ab omnibus aduersæ fortunæ telia, huius Sigilli gestatione, immunita se futura credebat. Habet hic Lecter paucis pro

rerum sub ijs contentarum multitudine expositum  
primum magicum Sigillum. Huic prorsus simile est  
illud quod Serenissimus Archidux, whom ad me transmisit,  
chalcedonio istellum, uti soquitur.



**ΑΓΩΑΣΑΩΑΩΝΕΣ. ΜΕΓΕΛΑΜΑΒΡΑΣ. ΖΥΡΡΑΘΑΚΡΑΜΜΑ ΚΡΑΜΜΑΚΑΜ ΑΡΙΣΣΟΣ  
ΓΓΕΝΒΑΛΦΑΠΑΝΤΗΣ ΕΜΕΣΕΙΔΑΜΩΒΑΗΜΑΕΝΙ  
ΑΜΒΩΝΑΡΟΥ ΑΝΤΑ ΜΙΧΑΗΛ ΑΜΩΡΑΡΑΕΙ,  
ΦΤΛΑΖΕΤΕ ΜΑΙΑΝΩ. in sequentibus vero nomen IAΩ  
& EL varijs modis transmutant; & varijs ea corporis gesti-  
bus, per modum adiurationis pronunciant.**

Nisi quod in hoc inuocatio spirituum fusiùs sit de-  
scripta, vti & Sebaoth Ophionius expresse **ΜΕΓΕΙΤΑΜ.  
ΒΡΑΞΑΚ** mesitambraxas dicitur, de quo vide quæ in  
præcedentibus diximus. Adiurationem quæ sub hisce  
noiminib[us] absconditur, vti & numericum ratiocinium,  
confultius æternis tenebris, quam luci publicæ conse-  
crandum duxi.

### CAPUT III.

*Aliorum Sigillorum præcedentibus haud dissimilium  
interpretationes.*

**V**T nostra in præcedenti Sigillo facta interpretatio  
evidenter foret, hic ad veritatem stabiendum,

A a 2      alio-

aliorum Sigillorum explicaciones adiungendas existimatimus: quorum Schemata partim ex varijs Musæis, tum parissimum ex celeberrimo gazophylacio doctissimi Viri Caroli Magvini, quorum magnum habet numerum, depropnsimus, partim aliundè ad nos interpretandi causa transmisso, hic oportunè inserenda censuimus: Ex quibus aperte & luculenter patebit, hasce Gnosticorum malefanas inventiones non aliundè, quam ex gentiliis Aegyptiorum palæstra prodijis, sive à vñque petnicioſib[us], quanto à Christianæ fidei dogmati longius recedebant. Hinc nil ipsis accepit & glorijs esse apud posteros sibi futurū persuadebant, quam ex occultis Aegyptiorum symbolis vñq[ue] Christianæ fidei mysterijs commisit, nouam & monstruosam doctrinam ad Geniorum, verius Cacodæmonum attractum conscientiam condere, atque imperiæ plebi sub obscuris umbrosisque mysteriorum symbolis repræsentatam, callide & fraudulenter imponere.

*O miseras hominum mentes, o pectora caca!*  
de quibus recte sanè Arnobius aduersus Gentes: si contemptor quis Numinum, & sacrilegi peccoru[m] immanitate furiosius intendisset animum maledicere D[omi]n[u]s nostr[u]s, auderet in eos quicquam grauius dicere istorum Gnosticorum, inquit, prodit historia, quam veluti quidpiam mirabile commentarijs contulisti in formulam? At hosce commentarios quam speciosissimus titulis exornabant: scilicet qui libros Theologiar[um] inscriberet, alij indigitamenta, rituales, & Augures libros, alij Commentario[s] sacrorum seu rerum diuinarum, Religionum, Pontificis

ca-

calium quæstionum , alij alia . Sed vt ad institutum nostrum reuertamur , putabant Gnostici magnum in natura rerum arcanum esse , atque summa virtute præditas imagines quasdam more Aegyptiorum transformatas , & sub certo ascendentे astrologica verius magica arte incisas , cuiusmodi inter cætera sunt sequentia . prima

Qua Abraxam insigniunt , gemma est apud Pignoriam , in qua serpens in circulum contortus ; caudam suam mordet ; intra cuius medium solare numen.

 Interpreta-  
tio Sigilli.  
Scarabæi corpore , ridicula sane transfor-  
matione vestitum spectatur . quid serpens , nisi annui spa-  
tij Lunæ , eiusdem quæ gubernatoris Abraxæ symbo-  
lum ? quo & Osiridem suum notabant Aegyptij : in-  
nuunt enim hisce notis , orbis huius lucem à Sole  
esse , qui sapienti cursu vitam animantium moderetur ;  
Scarabæo signabant ; eo quod Scarabæus absolutissimum  
solaris numinis symbolum esset . Horapollo quoque  
cum Lunæ sacrum refert , quod , ut Porphyrius aduertit ,  
in partu formando , 28 dierum periodum lunarem ob-  
seruet . Verum cum huius Scarabæi hierogramma  
quam vberimè , tum in Obelisco Pamphilio , tum in  
Oedipo varijs in locis prosecuti simus , illuc Lectorem  
remittimus . Hunc quoque pro effectuum varietate  
in varijs lapidibus incidebant , eaque , veluti validissi-  
mæ virtutis amuletum portabant . Misit & huius fa-  
rinæ gemmam mihi olim Nicolaus Peregrinus Aquensis  
Senator , in quo Horus , sive Kriad intra Barin (est id  
hauigij sacri genus) positus , reticulata veste indutus cer-  
ni-

nitur, cui alatus Scarabæus supereminet, & in utraque Beridis extremitate accipiter, & Horus quidem in Bari jacens mundum hunc sensibilem indicat, cuius mens Horus est, vti in Hieroglyphicis nostris operibus passim demonstrauimus; accipiter iuxta caput pedesque assideas, Solis ab ortu in occasum perpetuo, in sensibili Hori mundani domo currentis motum, quo caloris omnia mundi membra infunditur, notat. Per




Scarabæum verò alatum, non Solem tantum modo materialem, sed & supradundanum indicabant, cuius nimirum abdita vi & influxu, administratore Horo, omnia reguntur & gubernantur in mundis tum astræis, tum hyleis. Gnostici cum intentam ab Aegyptijs in fingendis periammatis analogiam perspiccerent, illi hisce in suam officinam traductis, non tam nouam philosophandi rationem, quam spurium, turpis, siue inique sacrorum cum profanis, impijs, fabulosisque connubium meditati, satanica quadam calliditate, toti mundo imposuerunt.

Sequantur modo sigilla seu amuleta varijs gemmis lapidibusque incisa, quorum prius, ut in praecedenti exposuimus, hominem *ελεφαντην*, seu galli formam, cuius caput solaribus coruscum radijs, Solem indicat, seu solare numen, scutica scutoque instratum, cum inscriptione à postica parte IAΩ & ΑΒΡΑΞΑΣ quis nescit gallum Solis, ob abditam cum Sole sympathiam, symbolum esse? Scutum scuticamque, quam læua tenet, auerruncatiuam facultatem notat; scri-

pen-

pentes verò, quos loco pedum habet, vim abditam & spirituosa substantiam, quam mundo comunicat, quaque per mundum agitatur, adeoque quod Persae per ~~Mithras~~, hoc Gnostici per ~~Abraxas~~ notabant, idque solare numen esse abdita ratione innuebans.



In hoc Sigillo nomine IAO & ABPA-XAS inscripta sunt.

Hunc Genium, Solarem, intra Zodiacum quoque, cuius ipse praeses credebatur, collocatum me reperisse memini.

|   |     |   |     |
|---|-----|---|-----|
| A | 1   | M | 40  |
| B | 2   | E | 5   |
| P | 100 | I | 10  |
| A | 1   | ◎ | 9   |
| Σ | 60  | P | 100 |
| A | 1   | A | 1   |
| Σ | 200 | Σ | 200 |
|   | 365 |   | 365 |

Est enim ABRAXAS, ut iam saepes apiepius diximus, per resolutionem Arithmeticam  $\sqrt{365}$  factam, ut in precedentibus ostendimus, idem quod Mithras, quem animam Solarem dicebant, virtute sua totius anni decursum moderantem; quod ex numeris, qui ex vitroque nomine Abraxas, & Mithras, in numeros resoluto, ut hic late patet, sat superque constat. Veriusque enim numeri in unam summam conflati efficiunt 365, totum namque dies in anno sunt. Quae omnia S. Hieronimus in c. 3. Amos comprobat his verbis. Bogilides, inquit, omnipotenter: Denuo potenter nomine appell.

Superstitiones sub hoc nomine.

appellat Αβραάς, & eundem secundum Gratas literas, annui cursus numerum, dicit in Solis circulo contineri, quem Ethnici sub eodem numero aliarum literarum vocant Mithram. Hæc Hieronymus. Αβραάς igitur nihil aliud est, quam Genius Solis auerruncatius, quod radij capitum & scutica satis ostendunt in dicta scultura, quam lapidibus diuersis incidebant, adiuncto eius nomine, eamque collo suspensam contra varios malorum euentus superstitione Aegyptiacæ illusi portabant. In Rubino enim hoc nomen inscriptum cum figura Magica conueniente, contra quosdam morbos portabatur: in Christallo contra alios &c. hisce quoque omnem sibi fortunam & felicitatem spondebant. Certè vix dubito quin Amuletum hoc ad hemitritæum sanandum, in quo conscribi debet ad Magorum præcepta Abracadabra, ab Abraxa primùm fluxerit; nominis enim vestigia id luculenter ostendunt: & hoc me plusquam suadent tot πτεράππατα, & gemmæ elementis eiusdem nonnunquam repetitis inscripta, quorum copiam habes in Gallicis Scaligeri Epistolis ad Vazetum. Nec nuperum est inter Magos remedium, memorat enim Q. Serenus Sammonicus hoc carmine:

*Inscribes charta quod dicitur Abracadabra,*

*Sapius & subter repetes, sed detrahe summa;*

*Vt magis atque magis desint elementa figuris*

*Singula qua semper rapies. & cetera figes;*

*Donec in angustum redigatur litera tonum;*

*His lino nexis collum redimire memento.*

De

ABRACADABRA  
ABRACADABR  
ABRACADAB  
ABRACADA  
ABRACAD  
ABRACA  
ABRAC  
ABRA  
ABR  
AB  
A

De hoc nomine multas  
nugas reperies apud Sorenium  
Samoniatum, multis quoque  
hæc verba ia formant triangula-  
larem, ne quicquam supersticio-  
ni desit, adaptasse reperio; vt  
ad eum certum est, astutos illos præ-  
stigiatores isthac Magica & bar-  
bara portenta potius, quam  
nomina fixisse, & magno super-  
cilio inculcasse, ad concitandos simplicium animos, vt  
cum magno stupore augustinorū putarent, quæ non in-  
telligerent, Dæmonesque istis pactis adstantes, quæ  
postulabant Māgi, præstarent, vt de præstigijs Marci  
refert Irenæus.

Alterum Amuletum seu sigillum continet qua-  
tuor i magines magicas Deorum; Isidis, quam vrnā seu  
Situlā, Sistrum, spicatum caput; Serapidis, quem ser-  
pens, & modius in capite; Martis, & Veneris, quæ  
sigillia ijs opposita indicant. Amuletumque est contra  
venena, & philtre, & fascinationes, vii ostendit Leo,  
mardus, Pisanus lib. de Sculpturis lapidum, estque  
non satis ac alterum se Gnosticorum schola profectum.  
Hunc abaxan non tantum Mithram, sed & Iuna  
IAΩ, nunc ΣΕΒΑΩ, nunc alijs nominibus, vii in dictis  
Amuletis videre est, appellabant. Quæ quidem no-  
mina quid significent, indicandum duxi, Gnosti-  
catione Aegyptij, religione primum Hebrei, dum  
vittutem nominis Dei tetragrammati ex veterum re-

latione cognoscerent, ad impietatis suæ complemen-  
tum, supersticiofa sua nomina passim nomine ΙΑΩ  
& ΣΕΒΑΩΩ quod idem est ac Ιεχωα &  
שָׁבָאֹת Sabaoth, summa tamen nominum corrupte-  
la indigitarunt. Quæ omnia confirmant sequentia.



Amuletæ in quorum primis primæ facie homo spe-  
ctatur Galli eristari facie, scuto & scuticâ probè in-  
structus, qui tandem in pedes serpentinos abit, capite  
verò Martis statuam gestat, sub pedibus verò hec no-  
men ΙΑΩ ponitur; quod tamen in plerisque huiusmodi.  
Amuletis vitiis sculptoris inuersum spectatur, vel quia  
Sigillum erat, cuius literæ necessariè inuersæ sunt, ut  
impressæ rectæ spectentur. Quo quidem potentiam  
per Iehoua, per Galli faciem cristamque, Solaris Numi-  
nis potestatem, per scutum & scuticam omnium con-

triorum abactionem, per statuam Martis operum Martiorum effectum denotabant. In posteriori facie habentur hæc nomina inculta IAΩ ΑΒΡΑΞΑΣ id est, Deus Abraxas. In figura verò quæ numero 4 signatur, iterum occurrit in prima facie eadem Abraxis figura; in posteriori verò facie nomina potentium Angelorum Michael, Gabriël, Vriel, Raphaël, Ananaël, Proserpina, Chabsaël continentur, ad superstitiones ysus traducta. In 5. verò, eadem figura cum scutis et nomen IAΩ inuersum inscriptum est; in posteriori verò parte hæc verba habentur Aegyptiaca, ΤΑΛΛΑ ΑΡΑΙΩ ΩΑΡΛΟ-  
PONTOKONBAI, id est in lingua Aegyptiaca summo

Fig.  
VI.

Marti omnia vincenti. In 6. eadem figura, cum inscriptione partis posterioris ΓΙΓΑΝΤΟΡΙΚΤΑ, id est fortitudinis Martis et Giganticae. In 7. eadem


B b 2

figura habetur, cum hac inscptione ΙΟΥΙΟΥ ΟΙΟΥΝΤ  
ΤΟΟΝΩ ΩΝΙΟΤ, id est Domini fortitudo eterna & sub  
pedibus nomen Angeli ΙΑΩΛΗΛ Ιaoliel, id est angelus

fig. 7.



fig. 8.




Domini.. In posteriori facie Ibis pingitur, habitu volantis, serpente diuaticatis pedibus implicata, cui astat Anubis cum sistro ; quæ nihil aliud denotant nisi vim Mercuriale nœciorum omnium abactiavam. Verum hoc symbolum alibi expositum consule. In figura 8. eadem figura quæ supra expressa videtur, sub tunica pedibus nomen ΙΑΩ matum imponens statuæ geniculatæ, quo influxus Martialis Numinis in gestantem hoc amuletum denotatur religiosè, verius superstitione portatum : in posteriori vero parte Leo septem stellæ circumdatus, vna cum figura Lunæ sextilis coaspicitur, quo Sole in Leone existente, ut effectum, septem invium

vnum conspirantibus planetis, sortiarur amuletum, confici debere indicatur. In septimo Schemate, eadem figura occurrit, cum hac inscriptione, ΩΦΕΩΝ; quo Abraxam hunc vnum ex Ophioneis Numidibus de quibus paulò ante, vti & in Obelisco Pamphilio, ex Eusebio amplè tractauimus, osse designant. Sed de Abraxū seu *Mythra*-amuletis iam hæc dicta sufficiant.

Procedamus ad Harpocratica amuleta quorum non minor varietas occurrit. Et primò quidem passim inuenitur Loto insidente, digito silentia, suadens, altera manu

flagello instructus cum nominibus ΣΑΒΑΩ, id est, *Sabaoth* ut in figura numero 9 signata patet, in cuius postica facie nomen ΙΑΩ inscriptum videtur; quæ omnia Solare numen ~~etiam per aeron~~, & magnæ efficaciaz desigunt. Figura verò quæ sequitur in antica facie eundem nobis Harpocratem demonstrat, symbolis priori similium, ΙΑΩ ΣΑΒΑΩ nominibus insignitum; in postica verò parte statua Τεικραλ~~α~~ καὶ Επαρχίων conspicitur binis gladijs, flagellis, facibusque instructa, quam nos *Hecatēm*, siue *Dianam* aut *Isis* tergeminam interpretabimur. Tricipitem autem fuisse, Virgil. 4o Georg. docet.




Sacerdos

*Tercenium tonat ore Deos, Erebumque, Chaosque,  
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Diane.*

*Et Quid. lib. 7. Metamorph.*


*Ora vides Hecates in tres vergentia formas,  
Seruat ut internas compita facta vias.*



Orpheus eam vocat *triodiam*, *reunditum*,  
*seculas*, *χθωνια*, *τριηγασια*, *τυφεναιον*  
*vialem*, *truiam*, *cœlestem*, *terre-*  
*strem*, *æquoream*, *sepulchralem*,  
*bacchantem* cum manibus; tique tria  
capita attribuit, dextrum Equi, sini-  
strum Canis, medium Apri; Eusebius  
lib. 3. præparat. cap. 3. *Hecate Luna*  
est, propter *varias* corporis eius *formas*,  
*et formarum virtutes*; ideo *virtus* eius  
est *triformis*, *Nouilunia ferens*, *albam*  
*vestem* *auro distinctam*, *et lampades*  
*ardentes*; *Calathum autem superne*  
*fert*, *quia cum est diuidua crescente lumine*, *fruges ma-*  
*turat*; *plenilunij signum est ferrugineum sandalium*.


Sequitur Amuletum numero 10 signatum, in-  
citus prima facie Harpocrates Loto insidens, flagellum.

Fig.XI.




sini-

sinistra tenet, dextrâ silentium indicit, ad radicem Loti Leo conspicitur currens, cū hæc inscriptioñ ABPAΞAΣ ΣΙΞΙΠΙΜ, id est, Abraxas omnia ciens; quo Solis vis indigitatur. Per Leonem *Momphia* Nilotici incre-  
menti Præsidem intelligunt, quod aptè per stellam Sio-  
this. seu caniculæ capiti Leonis impositam notant; ad  
ortum enim Caniculæ, Sole in Leonem intrante, fit  
inundatio Nili, Solari Numine Harpocratico flagello  
omnem Beboniam vim adustiuam repellente. Nota-  
hic CICIRIM retrogrado ordine lectum MIRICIC, idem  
est ac Matrem Hidem siue Lunam, quæ in hoc  
amuleto tacitè indigitatur, & Genius Nili, & coopera-  
trix Harpocratis Solaris numinis. In postica vero par-  
te Amuletum hæc nomina inscripta tenet: APΞEOIAΩ  
MEPMENNHN, principium ΙΑΩ omnis fecunditatis.



Porrò in Amuleto numero 11. signato, alia est figura  
Harpocratis sine ullis literis, in postica tamen parte  
habetur hæc inscriptio Ægyptiaca, ubi inuersa hæc  
verba: Ταῦτα τὰ δύο quod idem est ac magnus αὐτός  
Talia sunt quæ sequuntur ex culina Diaboli prolatæ Phylacterias iuxta numerorum serieru. Figura 12. duas facies  
continet: in prima facie videtur figura nuda alata, medio  
in.

in capite conspicua ; quatuor baculis fulcita, cum infra scripto nomine. IAΩ litteris inuersis, MNΗΞΙΗΛ, Mnixiel, genium ubertatis significat, uti symbola eius indicant : nuda est, ad simplicitatem eius ; alas habet, ad velocitatem ; modium in capite gerit ad abundantiam, quam confert, indicandam. Quatuor baculis fulcitur



Γεγακημόρο<sup>θ</sup>  
Αγαθοδαιμων  
Οφενι<sup>θ</sup>.  
fig. 13.

ad dominium in quatuor Mundi Elementa innendum. Hoc igitur Numen memor esse postulant eorum, qui id inuocauerint. Altera facies continet figuram humanam, duobus capitibus caninis transformatam, palam in manu dextra tenebrem, stellis circumdatam, infra quam veluti homo è tumulo surgens conspicitur ; quo quidem nil aliud indigitatur, nisi Anubis seu Mercurius, teste Plutarcho, utriusque Horizontis inferi & superi custos, ac proinde duobus capitibus canini pingitur ; hic idem animal ex Inferis Reductor, à Diabolico defelbitur, ut alibi exposuimus ; hinc palmam Victoriae symbolum gestat, & flammarum, quae indicatur animas à poenis perfolitis apud Inferos, fugitivas sphæris & stellis mox inueniendas. Figura 13, numero signata, Serpens seu Aspis est αυτομόρος, cuius caput radioso nimbo circumcatum, intra hieroglyphica fre-  
quens

quens monstrat Nomen Mercuriale, ut ex inversis literis  
apparet, ubi legitur; **ANOTBES** Anubis. **XNOFPMICPI**  
vero nomen est, quod **ΧΝΟΦΜΙΚΡΙ** resolutum in nu-  
meros facit 1280, & totidem nomen **Χεισίς** facit. Vi-  
des igitur quam peruersè, quam impiè barbaris huius-  
modi nominibus diuinum Christi, nomen Hæretico-  
Magi profamarint.

|   |      |   |      |
|---|------|---|------|
| X | 600  | X | 600  |
| P | 100  | N | 50   |
| I | 10   | O | 70   |
| S | 200  | T | 400  |
| T | 300  | M | 40   |
| O | 70   | I | 10   |
| E | 200  | S | 200  |
| P |      | P | 100  |
| I |      | I | 10   |
|   | 1480 |   | 1480 |

Innumeræ supersunt huius fari-  
næ mysteria exponenda quæ tamen  
singula adducere, nihil aliud foret,  
quam librum hunc impie mug-  
mentis refercere. 14 Amuletum  
est simile numero 1 signato: in  
hoc Mercurius ~~xviii~~, biceps  
cum duobus Genijs supra canales  
binos yasis Niloticæ stantibus spo-  
ctatus; cuius historiam vide in III.  
Tomo, Syntagma de Canopis. 15 Amuletum est in



quo accipiter supra florem Loti sedet, binis cornibus  
copiæ stipatus, & beneficium fertilitatis & abundantiaz,  
quæ à Sole promanat, indicat. 16 Mars supra florem  
stat, hasta scutoque munitus, flore radices suas in cym-  
bae

Cc

bæ medio firmante; quo indicatur igneum vim mistam.  
humido omnium generationem promouere. In prima  
facie figuræ 17 est Heropocrates Martio habitu indutus.  
supra Lotum sedet, ad instar cymbæ efformatum, flagello

Fig. 17.



& Cruce Tautica cassideque formidabilis. In secunda  
facie ~~mercurialis~~ Dæmon, quaternis alis instructus, in-  
cuius utraque manu baculus, sub pedibus canem habet  
positum, ad cuius caudam stella, & indicat Mercuriale  
Numen quad Aegyptij Σωτ appellant. nomen primi  
**ZAAHA**, humidi genium alterum ~~mercurialis~~ supremi Dei  
genium & alleclam notari.

Mercuriale  
Numen,

Fig. 18.




Figura numero 18 figurata est Apis ~~mercurialis~~, qua-  
lis in tabula Bembina saepe occurrit, etique figuramentum  
Romanum ad similitudinem Aegyptiorum efforma-  
tum,

tum; ut literæ Latinæ LI, S docent & idem significant ac libertatem saluam, vel liberorum salutem.<sup>18</sup> Est Osiris *īqās' pāpōs*, calathum in capite portans, massu dextrâ baculum Cucucomorphium cum lituo & gnomone, sinistra crux ansata in formam bifurcatam gestans, & notat Solare Numen, per Accipitritum caput significatum, ut iam saepius ex Eusebio docuimus, calathum in capite portat, abundantia, quam confert, symbolum; sceptrum Cucuphae capite insignitum notat rerum, quas producit, varietatem; lituus harmoniam; gnomon reuin symmetriam, quam in Mundo conficit; Crux ansata, quam sinistra gerit, Spiritus Solaris per omnia diffusionem.<sup>19</sup> Serpens contortus, duobus cornibus inigris, idem quod 18 fig. notat. 20 Appuletum.

20



|   |   |   |   |   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 3 | 2 | 3 | 4 | 3 | 3 | 5 | 6 |
| 3 | 0 | 8 | 2 | 7 | 2 | 8 | 1 | 1 |
| 2 | 0 | 2 | 4 | 1 | 5 | 1 | 6 | 2 |
| 1 | 9 | 1 | 7 | 2 | 1 | 2 | 1 | 4 |
| 0 | 0 | 2 | 6 | 1 | 2 | 9 | 2 | 5 |
| 3 | 1 | 4 | 2 | 3 | 3 | 5 | 1 | 6 |

Numisma  
Soli dicatu,

et Osiridis Nilotici, estque Numisma figurâ Leonis insignitum ab una parte, ab altera abaco numericō; monstratque cūsum esse Sole in Leonem intrante, ad solare Numen *HELOY* attrahendum, ut ipse Solis Leonisque character docet. Numericus abacus Soli dedicatus est, cuius intelligentiam *Raphaelēm* dicunt, &


Cc 2 nihil

• sp

nihil aliud est, quam quadratum senarij numeri, ita artificiosè dispositi, ut singulæ numerorum series perpendiculares, transuersæ, diagonales simul iunctæ, eundem producant numerum. Verum cum hæc figura amplissimè exposita sit in Arithmetica nostra hieroglyphica, eo Lectorem remittimus. Y S C notæ trigonum ignacum. Nota Lector, hunc Numen non esse antiquum, sed à posterioribus Astrologis confitum. Sequitur alijs Numus 21, in cuius priori facie Jupiter

Fig.


21.



fedens fulminea formidabilis, propè quem Aquila Potialis, & character eius 25, cuius nomen in cabala est *Zadkiel* זַדְקִיאֵל, Hebræi enim Iouem vocant ppx, id est, iustitiae arbitrum; hic pro *Zadkiel* corruptè ponitur *Satquiel*. Supra Iouem figura Sagittarij ponitur, quod indicat hunc Iouis fulminantis Numen, Sole in Sagittario constituto cusum esse; posterior pars Abacum exhibet è pronicis literis Hebraicis constitutum, & nihil aliud indicat, nisi 10 quadratum quaternarij eo artificio dispositum, ut singuli numeri, quos literæ indicant, qualibet serie iuncti simul, idem producant; quadratum autem qua-

quaternarij sacram fuisse Ioui, in 11 parte huius docu-  
m̄tus, vbi fūse omnia exposita reperies. Literæ Hebraicæ  
hos numeros exprimunt, vt à latere appetat. Idem

Fig. 22.



|   |   |   |   |
|---|---|---|---|
| ד | ר | ט | א |
| כ | ז | נ | ב |
| ה | א | ח | ג |
| ו | כ | י | ד |

|   |    |    |    |
|---|----|----|----|
| 4 | 14 | 15 | 1  |
| 9 | 7  | 6  | 12 |
| 5 | 11 | 10 | 8  |
| 3 | 2  | 3  | 13 |

prorsus est quod sequitur; eius prima-  
facies septem planetarum figuræ continet,  
& piscium figuræ medio; quod ostendit.  
Numen eusum fuisse in magna pla-  
netarum coniunctione facta in Piscibus,  
abacum vero auerorūm consecratum,

Ioue & Luna in Leone constitutis, quod quaternarij  
quadratum luculentē docet. Poterant hinc adduci alia  
Amuleta Ægyptio-gnostica; quæ consulto tamen omisi-  
mus. Figura sequens notat tres Gratias, quæ ante portam  
Templi Ephesini positæ feruntur.



Alia nonnulla Amuletorum Schemata,  
ex varijs Musais collecta, et  
hoc loco exposita.

23 Numerō signata Iis est com-  
Aspide Accipitiformi, Lituo & Baculo;  
quæ

*Nota figura  
busius locum  
esse fol. 198.  
num. XI.*




quæ omnia alibi fusè exposita sunt. Sequens Numen ~~est~~ Typhon is exhibet; hinc Crocodilo insistit, & piscem in capite portat; quorum utrumque Typhonias indicat operationes. 24 *Isis* turrita, seu *Cybeles* Aegyptia, duobus stiptata Accipitribus, Solariū Numinum symbolis, & ad pedes Seriphio, id est, planta Absymthij marii, quā *Isi* Sacrū fuisse Plutarchus docet, brachijs indecussim compositis, quo indicatur, nihil in natura rerum recōditum esse, quod ipsa non compleatatur. 25 Numus tres figuræ continent: prima est *Isis* cum



situla in manu dextra, & fistro in manu sinistra, & modio in capite; quæ omnia fusè exposita sunt in primo Tomo Syntag. III. c. I. de *Iside*: altera est Numen Niloscum sive Serapis, cum modio in capite, & radio mensorio in sinistra, altera imperioso gestu, nescio quid imperans. In medio puer alatus conspicitur, & notat utrumque & *Isin* & *Nilum* Genios totius Aegypti maximos. 26 Numus continet figuram dentis, Anubidis, cum figura fulminis triculpidis, & hominem

Amuletum  
Isiacum.

nem sudum ante eum prostratum, cum Cancro; & est  
 26 Talisma Astrologicum Sole in Can-  
 cro constituto incitum, hora Iouis;  
 quo facultatem, intellectus & ho-  
 nores, gestantes illud se impetraturos a  
 Mercurio & Ioue putabant. 27. Ta-  
 lisma seu Camæa est Anubidis, dex-  
 trâ baculum ~~magnum~~, sinistrâ infern portans, &



27

28

Mercurio dedicatum est; quo  
 & fecunditatem, & malo-  
 rem profligationem sibi sp̄o-  
 debant. 28. Camæa sive Ta-  
 lisma Canopicum est, tutulo  
 insigne, de quo vide copiosè  
 tractatum Tom. I. Syntagm.

Significatio-  
nes Symboli-  
orum,

Fig.  
29.



H



Fig.  
30.

III. Cap. de Canopis. 29. In Memphis continet,  
 & qua litera H signatur sequens, Iudena Bari vectam;  
 de qua vide qua in Mythagogia Aegyptia ex Plutar-  
 cho varia adduximus, qua hanc eruditionem concer-  
 nunt. 30. Amuletum Midis est contra morbos capitis ut  
 sibi stulte imaginabaneur institutum. Ad medietatem nuda,  
 inscribitur truncus, brachis decussatis, & velo spectabilis, in  
 cuius.

Mysteria  
huius figure

cuius pectori volueris virginæ facie, & loco alarum ramos utrinque distendens, manu dextra Atenens; eandem prorsus resert, quam Zoroastræ *Iyngem* vocant, Agathodæmonem superioris ordinis. Nuda est quia solâ mente comprehensibili est, uti Zoroaster docet; vnde & ob eandem causam inferius truncata spectatur, quia nulla ejus sensibilità in inferiori mundo vestigia sunt; velo variegato gaudet, quia varietas eius in superiori mundo solum elucescit; brachia decussata habet, quia decussim totius naturæ, cui præest, designat; A vnâ manu gerit, quod eam Agathodæmonem esse notat; pectori apponitur volucris humana facie, & ramos alas hinc inde extendens, indicatque supremam intelligentiam Ideis fœtam, quam inferioribus mundis communicat. Quæ omnia fusæ allegata vide in Spkinge *Mystagoga*.

Ex quibus iam dictis aperte elucescit, Gnosticos omnia hæc fanaticæ deliramenta ab Aegyptijs didicisse si Lector ea cum paulò ante positis Aegyptiorum Amuletis rectè contulerit; sed & nomina ex Aegyptiaca & Hebreæ lingua confusa & corrupta id sat manifestant: cum proprium huiusmodi nebulorum sit, ad aures addressed-

sistentium in sacris suis nefandis obtundendas, isthac  
barbara, quæ stridorem frastitumque resonant, non  
mina ad horrorem simul, & authoritatem sacris con-  
ciliandum, usurpare; vii pulchre docet Irenæus lib. i.  
de erroribus Gnosticorum & Nicetas ex Irenæo fusè  
deducit. Quo maiorem, inquit Nicetas ex Irenæo,  
ei qui baptizatur stuporem iniiciant, hæc Hebraica  
nomina superaddunt, Besama, camosi, bne, andora;  
mystadia, rhuda, custaba; phogor, calathi, quorum in-  
terprætatio hæc est, O qui es supra omnem virtutem pa-  
tris, te inuocamus, qui lumen & spiritus bonus, et vita  
nominari, quoniam in corpore regnasti. Hæc Nicetas.  
Difficillimum est, ut quod res est fatear, verborum ista-  
rum fontes indicare; neque enim nullum sub ijs, nisi  
admodum corrupti, ut in besama בְּסָמָה, camosi כָּמוֹשִׁי,  
phogor פּוֹגֵר, vestigium Hebrei sermonis patefit, neque  
Chaldaica, multò minus Arabica verba esse competio.  
Existimo igitur ex pacto Dæmonis, ad stuporem qua-  
dientibus incutiendum conficta esse. Magos enim  
monstruosa, ipsoque stridore pronunciationis etiam hor-  
renda vocabula & carmina ope Cacodaemonum inuenisse  
& susurrasse, quibus ad præstigias suas mirabilem  
energiam inesse asserabant, ex sacris profanisque scri-  
ptoribus cunctis est in confessio. Huius nomine fuit quo-  
que quæ l. 2..cap. 13. Irenæus de Gnosticorum impie-  
tatis refert, vbi nomen absconditum Redemptoris  
sic profantur. *Mefian fromagno in scenchabdin mof-  
meda ecacha saronepseba Iesu Nazarene;* quorum in-  
terpretationem hanc esse dicunt: *Christi non dixido*


Spiritum, cor & supra celestem uitatem misericordem, fruas nomine tua Saluator veritatis: Confirmator autem & redemptus respondet: Ego redimo animam meam ab hoc aene. & omnium que ab eo sunt in nomine IAO, qui redemit animam meam: que tamen si nescio quid Hebraicum oleant, ita tamen corrupta sunt, ut pro barbaris & portentosis nominibus nihil significantibus, & ad circumstantes decipiendos confundis, usus esse certissimum sit. Huius quoque impie-tatis censenda sunt pleraque lapidibus, geminis, la-minisque metallicis insculpta sine numero nomina: ex quibus numerum eliciebant alicui ex Aeonibus, aut Priapis, aut Pompis, aut Paredris correspondenter: omnia enim numeris attribuebant Gnostici, & orania-fidei mysteria sola numerorum analogia se demonstrare posse. Superstitiosi credebant: Vnde Monadis illius & dyadis, triadis & tetradiis, pentadis & octopadiis prodigiosa & fanatica in Deasitis fingendis, fiscruris: que omnia amplissime deducta videois apud hancem citato loco, que quidem congrua sunt ijs, que de Ephelis. Veteris narrantur ab Authoribus.

*Admonitio ad LeGortem.*  
De numismata Cesariensi Regnoque, que Gnosticonum litteratura inscripta et ruruntur...

Potam non ita paucum nomine numisma di-  
ctiorum characterum litteratura inscriptum, quod ne-  
ficio cuius Regis ex Iberia aut Cantabrigiensi perhibe-  
bat.

bat. Cum itaque varia nomina ex Gnosti<sup>c</sup>e doctrina supellec<sup>t</sup>ile deprompta in eis reperiuntur, ego in tua artis regulas resoluta, dixi ea ex eorum Gnosticorum numero, quae periarimata & amuleta vocantur, esse. Fuerant nonnulli inter alios, qui meam hanc interpretationem sinistram acceperant, nonne patrum apud imperitos rerum calumniati fuerint. Vnde ne dicam mihi falsae interpretationis impossibile videri possint, hoc loco ostendam non in lapidibus solum germinisque, huiusmodi magicara nominum literaturam fuisse incisam, sed & in numismatis aureis & argenteis, cupreis, plumbis, pro geniorum attrahendorum analogia astrologicè incisa impressaque spectari. Regis quoque illius, qui id gestabat, impressa vna cum nomine effigie. Vnde satis mirari non possum imperium eorum de rebus abstrusibus, quas non intelligent, iudicium, dum similia numismata præter nomen regis, nil aliud mysteriosum continere arbitrantur. Misum fuit superiori anno ad me Vienna numismata Regis eiusdem, in cuius prima facie Regis effigies, in posteriori hac literatura cernebatur incisa. MX \* D. quæ nomina nihil aliud notant, quam Michael & Samuell, ex octo addi, ut Nella dicas, optionia deponitis, ut in præcedenti sigillo exposuitis, reliqua nomina sequuntur. Iuxta hanc operis dictio, quæ est in libro de rebus abstrusis, p. 11. INTRIXIAZIMI QZIVPANIHA VINTVX  
IXZQN XVP JPVNIV MIXAHA ad finem tibi QZIQ  
VPAHAIKA horrendus. Kraniel presta parvum Michael  
INTRIXIAZIMI (verbum Aegyptiacum), &c. ad finem significat, ut ex nostro Dictionario Copto pareret. QZIQ

idem est quod Sanctus Vranich, qui genius cœli dicitur: VINTVX; pariter Aegyptiaca vox est, & horrendum significat. IXION Genius Aegyptius, de quo pluribus in locis Oedipo & Obelisco Pamphilio. XVP IPVNIV MIKAΗΑ. XVP. idem in lingua Copta notat quod *præsta*, IPININ *pacem* Michael. ex utroque latere duo hæc nomina habentur TIXI, & NIKI, id est Fortuna & Victoria. Hoc itaque numisma Rex Aegypti seu Chaliphus cui nomine Hali gestabat ad victoriam & fortunam in suis actionibus, gerendisque bellis obtinendam. Sequitur schema.



NIKI.

Fuitigitur veterum Regum Heroumque proprium, huiusmodi barbaris omnibus omnia facta sua, adornare, tum ad venerationem quandam maiestati regiae conciliandam, tum ad genios fictis huiusmodi omnibus attrahendos, potissimum inclinare. An non in computis multissimatis Alexandri Magtri, nonne Assurum Aegyptiorum deastri, eo quod ex Hammone se natum putare, arietino capite conspicuum, appositum videmus? An horum Romanorum Cæsarum multissimatis passim Bacchus, Veneris, Apollinis, Mercurij amoriutus, Dædrum, Nonnus apposita cernimus? notabilio fane fine, hisq; quod per huiusmodi apud plebem se ijs aut suppares demonstrant,

sent, aut nimia ~~ostentatio~~ ambitione in transuersum accep-  
te pro ijsde venderent, ut de Heliogabalo alijsq; legimus,  
certè votiva id anathemata, queis ad numina tum pla-  
canda, tum propitianda, Cæsares numi matis suis im-  
primere solebant, id satis declarat. Quid interest igitur  
si Rex quispiam Iberus, aut *χαρκωνών*, seu Carthaginis  
eodem nomine & se, & falsa numina mysteriosè expri-  
mat? *χαρκωνός* vnà & Carthaginem, & Gnosticorum  
~~numen~~ numen significare ex resolutione numero-  
rum patet, vt ibidem ex *ιεροφάνται* numerorum docuimus.  
Desinant itaque huiusmodi imperiti rerum estimatores  
blaterare contra eos, qui mysteriosas Veterum inscriptio-  
nes nesciunt, solummodo literarum vocabulorumque  
sensu contenti. Complura huiusmodi hoc loco addu-  
cere possem, sed vt temporis & sumptibus parciam, ea  
omittenda duxi, eosque ad Gotzium, Quasterium, Au-  
gustinum, Parituram; aliosque numismatum Scriptores  
remitto, apud quos *īngens* similium sigillorum numis-  
matumque farrago reperitur. desinant dico imperiti  
iudices rerum cauillare id quod non intelligunt, & con-  
tentii esse vulgari illa numismatum peritia, ne dum inxta-  
Locmanis apologum de Apibus & araneis, hic enim dum:  
Se apicem confidere præsumptuosius attentarent, apum-  
aculeis percussi, temeritatis poenas iuant. Sed hæc ad:  
mei defensionem non tam explicasse, quam indigitasse,  
quantum sufficiant. Iam ad institutum reuertamur.

*Ephesia literæ.*

Erant Ephesia literæ *μαζαδύπα* seu incan-

ta-

tamenta, quibus, nonnullis prolatis barbaris & portentosis nominibus, vel expiabant loca infesta, vel morbos abigebant, vel Dæmones adiurabant. Dicunturque Ephesiæ, eò quod Ephesi primùm ab Ideis dastylis sint inuentæ, & Diana Ephesiæ simulachro insculptæ. ita Clemens lib. 1. Strom. & Plutarchus in Sympus. earum his verbis meminit: ἐγένετο δέ τοι οὐδέποτε μάγος οὐδέποτε θεός εἰσαγόμενος εἰς τὴν Εφέσου γέραμα τούτος αὐτὸς καὶ λέγει εἰς οὐρανόν. Super obsecros à Dæmonibus Magi Ephesiæ grammata recitare & nominare inebabant. Etymoni verò eorum assignat Eustathius his verbis: Εφέσια γέραματα εἴσοδαι, οἱ οὐρανοὶ σκηνοῖσιν καὶ περιβαλλοῦσι τίνες πόσιν τῆς Κρατῆς, οἱ οὐρανοὶ εἴσοδαι Τίνι Εφέσιοι. Αρτέμιδος μὲν γέραματα τούτοις θεοῖς αἷμα φέρειν λαλεῖντος λόγος) Εφέσια γέραματα. Ephesiæ literæ incantationes sunt, per quas aliqui ex magnis periculis servati sunt, & victorias reportarunt. Erant autem quadam voces in corona, zona & pedibus Dea Ephesiæ anigmatica, unde & ijs qui parum diserte loquuntur, dicuntur Ephesiæ literæ. Suidas ait, Ephesiæ literæ incantationes quasdam esse difficiles, quas Cræsum in pyram dixisse ferunt: & Iudis Olymphicis cum Ephesiūs & Milesius luctarentur, & Milesius luctari non posset, eo quod Ephesiūs literas Ephesiæ talo alligatas haberet, cum res innovisset, victorem a quo triginta vici succrant, detractis literis succubuisse. Cui stipulatus, Diogenianus: Εφέσια γέραματα, εἴσοδαι τίνες αἵματα οὐ φέρουσι τές εἰς ταῦτα. Ephesiæ literæ sunt incantationes quadam, quas recitantes victores in omnibus erant.

Qua-

Qualia autem nomina ex Ephesijs literis composita fuerint, Hesychius quidem tradit suis sequentia: quæ legi posunt apud alios multos. Authores: *etiam Kætori*  
*et ceteri*, &c. Askæ quidem significat idem quod tenebras, Cataski idem quod lucem, hex idem quod ipsum, &c. cætera quæ sequuntur. Hisce vi refert Zonaras in Constantino Magno, Zambregæ Hebreum ait in aurem tauræ insuffratis, statim reddidisse mortuum; quem deinde Sylvester Papa in nomine Christi resuscitarit. Clemens Alexandrius prædicta verba paulo alter refert; sicutem lib. 5. Strom. loquitur: Androcides certè Pythagoricas literas quæ vocantur Ephesia locum dicit tenere symbolorum, significare autem aenar quidem tenebras, & quid non habeant umbram: radiorum autem lucem, quoniam illustrat umbram; & autem prisca appellatione est terra; Et refert, id est, quater nario: annus, propter horas; Diapente: autem est Sol, quia omnia domat; & quia vox vera. Significat autem Symbolum, rerum diuinorum cum esse ornatum, qui est tenebrarum si conferatur cum luce, & Sol cum anno, & terra cum omnibus generis naturæ generatione: ex hoc quoque penitus processerunt nomina barbaræ, quibus Branchus, Vates Milesios à fame capiisse dicuntur; illi enim multitudinem rami. Iauich aspergens, hymenum discendo: præmit, pronunciando verba quedam barbaræ quæ significationem inuenies apud Clem. Alxand. lib. 6. Stromatum, ubi Bedy dicit significare aquam, Zapus mare, Chion terram, Plectrum Solent, Sphynx aetherem Mundicompagnum, Cracibz lacteum nutri-

men-


mentum, *Drops* denique verbum efficax significat. Ad Ephesias literas omnia illa portentosa nomina à Magis prolata reuocari possunt; quæ uti in tenebris nata, & in tenebris à tenebrionibus prolata sunt, ita tanquam luce indigna in tenebris æternum sepulta relinquamus.

## P A R S V.

### De Magicis Amuletis.

#### CAPVT I.

##### *Explicatio nonnullorum Sigillorum.*




Ilce meritè adnumerari possunt Sigilla magica, quæ per impios satanicæ scholæ magistros, humani generis hostis in hunc usque diem introducere non cessat, quibus dici vix potest quantis vanitatibus scateant, quot impijs blasphemis & sacrilegijs, non mysterijs referta sint, & quamvis sacris nominibus ex divina scriptura depromptis, ad fucum tegendum insigniantur, latet tamen sub ipsis nescio quid barbarum, satanicum, nescio quod murmur magicum sub fictis, portentosis, & mil significantibus verbis absconditum; quorum ingens copia non ita pridem ad me transmissa fuit, ad ea recognoscenda. In quibus mil frequentius occurrit, quam Pentalpha & Hexalpha; est autem

abtem Pentalpha nō aliud, quam liberatis figura sit quinque. Ad dictumq[ue] quibus Gratius dicit, Ig[ne] resto salutemq[ue] fortitatem exprimitur; igno' Antiochurus vero' illo imposito, iussu Alexandriā solem aparentis, mox admirabilem ab Gratias victoriam reportasse Magi sanguine, ecce per tenquaque suorum tēcē felicitatis symbolo in suis rugamentis utihitur. Rursus voces horrendæ vnu mixtis sacris nominibus, nōodo quem Salomonis vocanet adnexo, omnia plenari ericibus varie transformatis infecta spectantur; quibus Magi ita confidunt, ut nūbil non eorum opere se obtinere posse, Diabolo turnen cooperante, arbitrantes tunc modi Sigillum non sicut pridem ad me transmissum fuit; in eius circumferentia circoli octo Sigilla ponuntur, eodem Angelorum nemisibus insignita. Et Sigillum quidem Michaeli sacram, lapidum figura, & pentalpam instructum videtur: quo siolidē sibi contra lapidaclem securitatem pollicentur.

Secundum Sigillum Anaeli sacram pentalpha & cultro instructum; quo cautelam contra cultros ipsit Dæmon promittit. Tertium Sigillum sacram Raphaeli, ensimma cum pentalpha insignitum, ipsis contra ensim penetratas securitatem spondet.

Ec

Quar-



etup Quartum Sigillum Gabrieli sacrum, securi insignium, contra sesquim secudos se fieri sicut credunt.

Quintum Sigillum Cassieli sacrum, quod utrum Angeli aut Cacodæmonis nomine sit, ignoro: hoc scio apud Cabalistas Chaziel, spiritum consumptionis denotari. hoc itaque signant sclopi figura una cum pentapha, & contra scloporum iactus magnam vim habere sovantur.

Sextum Sigillum Sacchielii sacrum, corruptum ex Cabala nomen, sagitta instructum, contra eas vim, obtinere puratur.

Septimum Sigillum Samuellii sacrum, bipinnali cultro instructum, contra cius iustum prodeesse existimat.


Octavum Sigillum Danieli sacrum, baculo seu fusce instructum, contra fustium verberationem, si fas est credere, insigne tutamen putari. Quibus apposita sunt virimque verbacionis gentilis, sacra, profana, portentosa, diabolica, iisque tantos si hebreos qui sapiant, ita tamem ceteri sunt, ut innipital significantibus ad auferri quidant. Estenim hoc proprium Magorum, sacris profanis ita misere, ne postero locum initum, quod sub barbaris nemoribus non plus inveniatur, nigra cauda sub lerido corpore testa patet. Sed vi huiusmodi Satanae fraudes luculentius patet, prius orationem, seu potius exorcismum, seu canitatem, quam in dies facilius huiusmodi sigillorum anchinecti, eorumque gestatione effectu per formidinem facere debent. \*

*In nomine sanctissime crucis Iudei.*

vidu. Trinitate Paria. & Filii & Spiritus Sancti canoro  
vōs, vel omnia genēa armōra, &c. aliquā verō quae se-  
quuntur verba & nomina, vix plena super absconditid-  
ne, ita hē ploruant aures vehementer ferient, proponen-  
da non existimauit.

Videat hic Lector inequissimam Satanae callidite-  
tēm, quonamodo priusq; sub umbrā invocationis chuii  
Nominis, Sanctissima Triadis, & Sanguinis Chri-  
sti; deinde praeius sacrilega & abominanda nomi-  
na barbara, potentesq; à Satana suis cultoribus dictata,  
proferre cogantur; per q̄z modo iniquā in Deum fi-  
de, mōdo summa perfida, ad beneplacitūm Diaboli,  
divina attributa per portentosa dominiq; deturpera,  
contaminant; & in hocceitatis blasphemias convertant:  
sunt enim omnia huiusmodi nomina tacita: Demoniq;  
rūm invocationes s̄lōs à Magis, ex falso & Suppositiis  
Sæmonis, &c. discipulis clausula deponit, q̄dā praes-  
ter Diabololatrias, nihilud intra se recordantur ha-  
bent, summō cum opib; & bep̄missimā Dei Servi-  
torisque nostri contemptu & opprobrio, qui vniuers  
Satanae in hac sacrilega arte fessus est. Quid aero! tri-  
tutis obtineant tot figuræ, tot notatioꝝ menttruosay id  
ad intentuꝝ effigiam consequendum numerū? cer-  
tè nihil: cum vniū sit et se vnuū natura, nūp̄c pos-  
sibileꝝ qualitat̄, nullam efficiētiā naturalem ha-  
bent, ut lex philosophiū constat, profecto si monselloq;  
in ijs conspiciat. Vrūis effectusq; p̄ alii de mistis alio  
q̄siat à Satana magistro obtineat ueritatem. Quod  
pari pacto Magi quadraro Hexaphēa inscrip̄t;

cum nominibus non nisi ex officina satanica depropria insignita, Sator, Arepo, Teneo, Opera, Rotas, ineffabilia arcana se peragere posse glorianter, mera diabolica illatio est : cum hæc



nomina instinctione Diaboli à Magis inuenta, nec ullam significationem habeant, neque ex retrogrado ordine, quo eadem per singula latera recurrunt, neque physicam, neque moralē vim præteream quam Satanas ex pacto initio ipsis inesse voluit, obtineant. Frustra illa, quis sacris nominibus admisceret, cum sacra Dei nomina pronunciata, tantam vice, quantam dispositio ea vera, in Deum fide prononciantis, nullo alio addito, obtinat, scilicet vero nomina, Sator, Arepo, Teneo, ideo credere sacrosancta, quod ex iuncta parte recto, retrogrado, & transuerso ordine legantur; id licet ijs qui Demoni siue explicitum siue impliciture pactum, inueniatur, ego fane tantam in ijs inesse putem, quanta triuus istius, distichis verbis inesse potest, si jo, ut agi non possido, etisus.

*Signa te signa, tempore mortis tangit Orangium, si haec Roma tibi subito motibus ibit amorem tuum efficit.*

Quod id est Magos, quod retrogrado ordine scandens, prorsus sensum reddat, in suorum inceptiarum album non assumptissime, quidem miror. Videamusque, Lector, quantum se nugis irretiant! maleficiatorum hominam ingenia; & quod oppidem miror, prædicta novissima capi-

tum

tum obtrinuisse aestimationis, vt ea non in Latinorum dumtaxat, sed in Arabum, imò Aethiopum orationes invocatorias irrepererint. Aethiopes quidem postquam sanis precibus Deum Christumque fatigauerunt, insanas has voces addunt; siquidem virtute horum nominum maius pondus roburque, ad id quod intendunt obtinendum, se fortituros amenter sibi persuadent. Porro eadem nomina: *Sator, Arepo, Tenet, Opera, Reversi*, orationibus Arabum leguntur, & nullibi apud Magos Cabalistas defant.

Videtur & infignis fucus in nonnullis hebraicis vocabulis: unum sit instar oranium celeberrimum apud Magos characterolatas nomen AGLA. que nihil aliud sunt, quam initiales literæ huius versus: *תְּהִלָּה רְכִבָּה יְהֹוָה יְהֹוָה* id est: *tu benedictus in eternum amen*. Hoc itaque AGLA unum ex potentissimis. Dei nominibus esse putant; cum tamen neesciant illas initiales litteras prorsus indeterminatas esse, & tam ad malum, quam ad bonum æque accommodari posse: utitur huiusmodi callidus diabolus, dum sub harum literarum indeterminatione non benedictiones, sed maledictiones imprecatur, vt ex sequenti exemplo patet, ubi per *AGLA* idem hebraicè intelligi potest: *Abripiant te Deonia, ex præcipitate;* vel sub latina phrasi innumere modis, v.g. *Abripiant te Gorges Leonis Auerii,* & similes maledictiones, vt proinde sat patet quoniam periculofus sic huiusmodi nominum indeterminatorum, unus, præsertim inventorum ab eo, qui nisi malum intendere non potest. Huiusmodi est sequens sigillum, quod

A

G

L

A

quod tametsi Nomine IESV , & diuinis attributis insignitum sit, tot tamen illa portentosis Demonū nominibus commixta sunt, vt Satanas data opera, sacrę & diuinę Scripturę nomina, diabolicis suis illusionibus offusceret & cōtaminet . In hoc Schemate quod omisimus, hexalphe cum sexies repetita voce *Alga* nomen IESV inscriptum videres: in circulo secundo ambiente quatuor Euangeliistarum Angelorumque nomina ; in tertio ex Cabala pariter extracta hebraica nomina amphibologicis sensibus referta ponuntur ; in tribus ultimis circulis merito Satanas solita sua malignitate , in ijs quæ primò sana aliquo modo posita erant, per formidanda & Caecodemonum monstruosa nomina eliminandis triumphare videatur. Nemini itaque fidem hisce deferre, neque securū gestare suadet ea , quæ non salutem animarum , sed semperiternam earum ruinam proximè minantur causantique. Imò accedit non nunquam , vt Magi sub specie laudis diuinæ, instigante diabolo , loco laudis blasphemias horrendas misceant , vt in Magici libri initio me vidisse memini sub hac nominum forma : *Est Deus bonus, non malus, fortis non infirmus, omnipotens, non impotens Deus est;* quæ verba in contraria prossimis sensu retrogrado ordine leguntur , ludit insatiabile Satane odium cum diuinis nominibus , illuditque affectis suis. Tale Aenigma & Aesopum Hero suo quandam exposuit se fertur . Is enim , quemadmodum in eius vita legitur , cum una cum hero suo Xantho veteres quorundam adificiorum ruinas perlustraret , foris incidente columnas quendam mari oream , cui septem grecæ literæ erant in-

insculptæ, indicantes thesaurum eo in loco non longe  
à Columna defossum; quarum cum Xanthus intelligen-  
tiam anxiè disquireret; Aesopus inuentis dictionibus  
quæ ab ijsdem characteribus incipiebant, scripturam il-  
lam tribus adhibitis expositionibus illustrauit: erant  
autem literæ huiusmodi: A.B.Δ.O.T.Θ.X. quas Aesopus  
manifestans, hero suo locum thesauri, quem literæ de-  
signabant, sic primum exposuit. A. Αὐτοβας, id est  
Ascendens, B. Βα'παλα, gradus Δ. Τίτανε, quærer,  
Ο. σηκας, Φοιδιεν. E. ισχεις inuenies. Θ. θεσαυ-  
ρου. X. Χειρα aureum, hoc est, Ascendens gradus qua-  
ærer fodier inuenies: thesaurum aureum. Cum itaque  
Xanthus thesaurum effodisset, neque partem ullam aurum  
Aesopo decerneret, modestè eum admonuit Aesopus, ut  
præcepto columnæ pareret, quod literæ illæ con-  
nabant, hunc in modum. A. Αγιοπον, id est  
Tollentes, B. Βαδικατο, ite, Δ. Σκέλεσθε, dividite, Ο. ση,  
quem, Εργα, inuenisti, Θ. θεσαυρο, thesaurum, X. Χειρα  
aureum: hoc est, Tollentes ite, dividite quem inuenisti the-  
saurum aureum. Quodcum Xanthus facere contemne-  
ret, solumque auro potiri veller, indignatus Aesopus,  
communatus est, nisi parceret, scilicet alterum ciu-  
demi scripture mandatum exequuntur, ita præcipienti-  
bus literis. A. Αντιθ., id est Redde, B. Ραζινα, Regi,  
Δ. Διονυσι, Dionysio, Ο. ει, quem, E. νεις, inuenisti,  
Θ. θεσαυρο, thesaurum, X. Χειρα, auxiliu, hoc est, Redde  
Regi Dionysio, quem inuenisti, thesaurum auxiliu. Ex  
quibus parerat quartu multipli et sensu huiusmodi literarum  
congeries exponi posset.

Cir-

Circumfertur & aliud Numisma, cui pentagonum inscriptum, in cuius medio facies seruatoris nostri sub suprascripto hebraico nomine יְהוָה Išu, quo minime Saluatorem, sed per contemptum ita vocant, ut ex acrostichide patet sequentis sententiae זֶבַח יְהוָה תְּמִימָה id est, *deleatur nomen eius & memoria eius*: nomen verò יְהוָה quo sacra Scriptura cum principem dicit per acrostichidem sequentis sententiae ita dicunt: בְּרוּךְ יְהוָה תְּמִימָה id est, *nomen impij putrefiat*. Infra verò fidicem Saluatoris hæc verba ponunt בְּרוּךְ יְהוָה תְּמִימָה propositionis quibus verbis realem Corporis Dominici in Eucharistia praesentiam negant, quasi sub Eucharistia præter apparentem panem nil aliud lateat. Innumera hoc loco similia apponere possem, nisi hæc omnia in II. Tomo Syntagmati XI. de Magia hieroglyphica quam fusissime, & inter eætra iam propositum numisma confutarem, ad quod Lectorem remitto.

Hos sequuntur in hanc diem omnes iij Magi, qui Amuleta, & Tælefata sub certo ascendente tuisa veritatem Cœlestem acquirere posse, impiè sibi persuadent. Quid enim rego virtutis infundi potest numeris aut figuris, queis sibi tantam spöndent felicitatem? numeris inquā, & figuris quæ possibiles qualitates sunt, queis omnis virtutis omnium sapientiam consensu int̄capaces sunt. Stultum est quære te quod nescis. Vnde enim quæso, horam præcisæ & momentum ad fanaticæ oppositionis apotelesma requiris & qui cum in hanc r̄ique diem verus & præcisis astrorum motus omnium Astronomorum consensu desideretur, aut quid influxus huius: aut illius

illius Planetæ in numeros & figuras potestatis habeat, capere nequoc : Cum subiecta sint qualitatum incapacia? quis tibi Mage, dixit, refluxum hunc emanare ab hac potius quam illa stella ; aut etiam à stella potius fixa, quam planetaria ? cur in hos numeros potius, quos actu describis, quam in alios, qui eadem hora ab Arithmeticis constituuntur ? Dices. forsani intentionem & imaginatricem facultatem ad operis complementū requiri. O quam beati illi sotent, qui sola intentione & imaginatione aureos sibi montes, & omnem felicitatem attrahere possent ; Huius verò figmenti si eos pudeat, dicant causam acquirendæ virtutis in lapidibus, esse abdiram quandam analogiam coelestium rerum ad terrestria comparatam, omnium per multum consensum effectricem : sed iterum quid analogia ad rem faciat, non nisi emotæ mentis homo capiat. quis rogo paci hominis figuram, vero homini virtutem imprimere, posse motus aut sensus, aut intellectus, concesserit ? aut quis adniserit physicas causas morales effectus, cuiusmodi sunt fauor & gratia Principum, cæteraque fortunæ ludibria imprimere posse : sed audio eos dicentes, hæc omnia potestate intelligentie fidei assistentis conferri . Ego autem dico, hauc intelligentiam aliam non esse, quam Cacodamonem, qui huiusmodi amenantiam hominum corda callidis suis inventionibus infesta, cum extrema animarum ruina, dementare solet. Sed hisce relictis ad Cabalam pythagoricam transcamus.

## C A P V T I I.

*De Cabala Pythagorica.*

**T**a comparatum est ultra limites naturae nitentibus curiosorum hominum ingenij, ut omnia quæ sensibus obiciuntur, diuinis mysterijs & sacramentis referta esse, imperite sibi persuadeant; suamque credulitatem verbis è sacra Scriptura depromptis solident, dum Deum aiunt omnia in numero, pondere, & mensura creare. Numerum itaque præ omnibus alijs rebus sacerdotium esse asserunt; numerum autem in singulis. Alphabeti literis insitum, esse mysterijs pariter plenum; ex literis deinde notaria formari, quorum numeri & significia, resoluti, omnes bonæ malævè fortunæ cœntus contineant; superstitionis opiantur. Hinc ars illa emersit notoria, quæ nomine & cognomine aliquipus in numeros resoluta, de sociis vice ratione se judicare posse existimat; & hanc artem Cabalam Pythagoricam nominant, cuius authorem Pythagoram faciunt, more huiusmodi notacione solito, ad nonnullam imposturæ suæ autoritatem, magis & famosius viri nomine conciliandam. Fatoq[ue] tamen in se omnia huius fatinae motuina, nibil unquam aut insulsus, aut ingens, ridiculum, putridiorique fundamento nimis me compescit: Ut proinde facis minationem possas, quoniam ratione fieri possit, ut multi, etiam qui in oculis hominum prudentes & sensati videri volunt, huic tamen

ma-

maleferiatæ arti , & prorsùs aſininx Philosophiæ aut fidem habeant , aut in mentem inducere poſſint , vt aliquid eius ope in futurorum eventuum coniecturiſ certum conſequi ſe poſſe putent . Verūm nè fanaticas has affanias fruſtrā cauillati videri poſſimus , exemplo vno atque altero , verminofashuius Satani dogmatis ſubſtruções à nobis deſtruendas , ob oculos ponamus curioſi Lectoris .

Supponuntur in primis Pythagorici iſti myſtæ , ſeu potius nebulones , Alphabetum literis Latinis exaratum pro latinis , pro Italī ſtyle , pro Græcis Græcum , pro Arabibus Arabicum . Sunt itaque Alpha- beta varia quibus abutuntur . Cattanus Magus in ſua ridicula Geomantia hec ponit .

|    |     |     |     |     |    |    |    |     |    |     |     |     |    |     |
|----|-----|-----|-----|-----|----|----|----|-----|----|-----|-----|-----|----|-----|
| A  | B   | C   | D   | E   | F  | G  | H  | I   | K  | L   | M   | N   | O  | P   |
| 1. | 3.. | 22. | 24. | 22. | 3. | 7. | 6. | 20. | 1. | 10. | 23. | 12. | 8. | 13. |
| Q  | R   | S   | T   | V   | X  | Y  | Z. |     |    |     |     |     |    |     |

27. 13. 9. 8. 2. 6. 3. 4

In hoc Alfabeto ſingularum literarum valorem habes numericum , quem ſine ratione vel homines , vel Dæmonem inueniſſe , certum eſt ; quorū enīm literæ K ſupponitur i vniuersitas , & eadem literæ A ? cur literæ O , 8 , literæ N 12 & ſic de coeteris ? Hanc iſianiam cum aduerteret Cornelius Agrippa , aliquid veriſimilius conſtituendum duxit , dum Alphabetum ſuum ono- matomanticum , verius onomanticum aliter diſpoſuit , eſtque quod ſequitur .

|    |    |    |    |    |    |    |    |    |     |     |     |     |     |     |
|----|----|----|----|----|----|----|----|----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|
| A  | B  | C  | D  | E  | F  | G  | H  | I  | K   | L   | M   | N   | O   | P   |
| 1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. | 8. | 9. | 10. | 20. | 30. | 40. | 50. | 60. |

Ff 2

Q

Q R S T V X Y Z

70. 80. 90. 100. 200. 300. 400. 500.

Atque hoc diuinum illud Pythagoricum inuentura asserit, laudatque Alexandrum Philosophum, quod docuerit rationem, qua ex literatum numeris Horoscopi stellæque diuinatrices inueniri possint; quisque inter maritum & vxore prior moriturus sit aut superuicturus: quæ omnia ut nullum prorsùs rationis fundamentum habent, dignaque sunt, quæ vel ab ipsis pueris rideantur; ita merito tanquam insulsa, inepta, Sacrilega, Satanica opera, ab omni verè Christiano homine vitanda sunt. Verum operationem stultitia & infania plenam apponamus.

Si scire desideras, inquunt, nati alicuius dominatricem stellam, computa nomen eius, & utriusque Parentis per singulas literas iuxta numerum prescriptum, collectamque totius summam, diuide per nouenarium, subtrahendo illum quoties potueris; & si remanserit unitas aut quaternarius, vterque Solem indicat, si vero binarius, aut septenarius, vterque Lunam designat; sicuti ternarius Iovem; quinanarius Mercurium. Senarius Venerem; octonarius Saturnum; nouenarius Martem. Quibus perficitæ frontis homines, nati alicuius horoscopum hoc modo reperiri posse credunt. Computetur nomen tam Patris quam Matris, natique, atque summa collecta per 12 dividatur: nam reliqua unitas Ζ; 2, Η; 3, Κ; 4, Τ; 5, Ω; 6, Χ; 7, Υ; 8, Α; 9, Ε; 10, Ι; 11, Ρ; 12, Μ; non tant. Atque haec sunt occultæ & non pandenda omnis nequitiae architectorum.

arca-

arcana. Quis autem, rogo, has inceptias credat? Quis  
dænijs huiusmodi fidem habeat sanè pudendissimis?  
Hinc enim sequeretur, omnes Petros, Iacobos, Paulos, &c.  
vti resoluti in numeros, eundem numerum exhibent,  
ita omnes vni & eidem constellationi subiectos esse, &  
consequenter eandem fortunam experturos. Respon-  
dent hi non rationibus, sed phantasticis & dæmoniacis  
Iudibrijs mente emoti, 1. Soli competere, quod Sol-  
vus & solus est; 2. Lunæ, quam vitroque sexu prædi-  
cam, & animam mundi amittit, cui & 4 ob quatuor.  
Mundi cardines, & quatuor anni tempora, quæ discer-  
nit, tribunt; 5 cum ex primo pari & impari com-  
ponatur, Mercurio competere, sicuti ex foemina &  
masculo; 6. Veneri, quia ex 2, & 3 constituitur, vo-  
lupt. Quis non hic tam insulsa commenta rideat?  
O beatos parentes, quorum ex arbitrio penderet, ut  
filius solius nominis impositione per planetæ nominis  
dominantis fauorem, omni mox fortunæ felicitate com-  
pleretur.

Huic Alphabeto aliud supponimus passim usita-  
tam, quo tenebriones huiusmodi sibi persuadens, de  
vita & virtute natorum, de omnibus bonis aut malis for-  
tunæ forribus perfectum se iudicium dare posse, inepie-  
gloriantur. Alphabetum sequitur.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P.  
3. 3. 22. 24. 22. 3. 8. 6. 29. 10. 12. 23. 12. 8. 13.  
Q. R. S. T. V. X. Y. Z.  
23. 13. 9. 8. 2. 6. 13. 4. .

Hic primùm quoram cur ternarium adscribant A., aut  
eun-

cundem ternarium B, & F, & Y? Cur 22. C. & E?  
 cur quoque P, & R, 13? M denique & Q 23. assignent?  
 mirè se hoc loco torquent mendacissimi coniectores,  
 neque alind nobis assignare possunt rationis fundamen-  
 tum, quam vel Dæmonis, quocum pacto inito id con-  
 cluserunt, concussum; vel stolidissimi cerebri à Dæ-  
 monc dementati phantasma. Quod ut apertius ostendam,  
 exemplis id aperiām. Imprimis ex summa nume-  
 rica toties in nominibus assumptis 9 auferunt; quoties  
 fieri potest; atque residuum apud se retinent; deinde  
 contemplantur illa residua; quibus simul collatis, re-  
 spondent, hunc vel illum super futurum, huic vel illum  
 prius moritum, aut diutius victorum; & si quae sunt  
 familia. At non illud ita sequuntur, ut si residuum  
 aliquod altero maius fuerit, statim victoriam suggerat;  
 sed saep ex minori, sicuti si his ex maiori, palmam &  
 diuturniorem vitam pollicentur. Exempli gratia 4, &  
 2. significant illum hominem victorem futurum, qui in  
 suo nomine residuum habuerit binarium, aliud vero  
 quicunque habberit, occasum iri. pariter in 1, & 3, 1 significat  
 eum superaturum, qui residuum habuerit 1, quando  
 aduersarius ternarium habuerit residuum; & sic de  
 ceteris. Quæzamen ita stolidè congesta sunt, ut cui-  
 cumque alphabeto applies, toto cœlo discepent.  
 Exempli gratia, cum superest quaternarius, & ternarius  
 in duobus nominibus, quaternarius vincere debet, quod  
 falsum est in nominibus Cain & Abel, quorum ille pro  
 residuo ternarium habet, hic quaternarium; & namen-  
 si veræ sunt regulæ onomatomanarum, Abel Qain  
 fu-

superare debebat, cuius tamen contrarium sacra Scriptura esserit. Idem apparet in Absalon & Ioab., quorum, hic septenarium residuum habet, ille quinarium, ac proinde ille Ioabum vincere debuisse, cuīis tamen contrarium nobis referunt sacræ literæ. Sequeretur pariter ex fanaticis huiusmodi Onomatomantique regulis, quod is qui

|           |      |        |
|-----------|------|--------|
| S         | 9    |        |
| T         | 8    |        |
| E         | 22   |        |
| P         | 13   |        |
| H         | 6 M  | 23     |
| A         | 3 A  | 3      |
| N         | 12 R | 13     |
| V         | 2 I  | 19     |
| S         | 9 A  | 3      |
|           | 84   | 71     |
| 3. resid: | 8    | resid: |

latinè superatur, Gallicè vinceret; quod quam absurdum sit, quis non videt? Nam si consulat (uti acutè demonstrat Mersennus in opere suo in Genesim) Onomatomantem Latinæ linguae gnarum, statim affirmabit MARIAM superariato esse STEPHANVM, eoque diuinæ victoria, eò quod MARIAE post subductos nominis numeros per 9, restat 8, Stephanus vero remansus, volumen enim hi

|   |          |        |
|---|----------|--------|
| E | 22       |        |
| S | 9        |        |
| T | 8        |        |
| I | 20 M     | 23     |
| E | 22 A     | 3      |
| N | 12 R     | 22     |
| N | 12 I     | 29     |
| E | 22 E     | 22     |
|   | 136      | 90     |
| i | resid: 9 | resid: |

igitur superatur. Sed exemplum potius. Scribamus dictam minima, ut videatur patet, quorum singulis lichenis numeris. Appabat corre sponsio sicut apparet; numeris verò in aliis summae collectis, videbis in STEPHANO sommam 84, in MARIA 71, ex quibus subduc quoniam poteris 9, in MARIAE nomine 8, in STEPHANI nomine

ter-

ternarius remaneat, hinc deducunt, MARIAM esse victorię, atq; diuinius viuerē debere, quām STEPHANVM. Verū m̄ hoc falsissimum esse ex Gallicis nominibus apparet, ex quibus totū contrarium resultat, vt videre est in Gallicis Nominibus MARIE & ESTIENNE; quæ si in numeros resolueris, summā huius habebis 136; alterius 90, à quibus nouenarius quoties fieri poterit reiectus, in priori relinquit 1, in posteriori 9, atque adeq; contra regulas arithmomanticas; MARIE quæ sub Latino nomine victorię steterat, sub Gallico nomine superabitur. Sed in more positum est huiusmodi impostoribus, vt vbi vident, rem non bene cessisse, miras excusationes prætendant, aut non legitime processum esse, aut omissum aliquid necessariò requiri; quod tamen illi quid sit, demonstrare non possunt. Nonnulli quoque cùm eos erroris commissi pudeat, nomina miris modis vitiant: Ita in nomine ESTIENNE, teste Mersenne, ne MARIA & STEPHANO superata dici posse; ex dicto nomine S. ANTONIUS, atque sic ex musilao nomine ETIENE MARIAE desideratam proximorum actionem. Sed aperte cum hisce male feriatur hominum scelictis machinationibus, quæ uti indicata sunt, quæcām memoretur, ita eadēm pateris etiā acrobatis sapientia, nē characta tam absurda, et dubia, rebus nāculare videantur omitti.


Et quod ensim Qui plura considerat, i.e. se ad ipsa agat: Mersennus in HAYMAGNI, q. 2. Genesim solo enim de MAHETIS niggosimur.

## CAPVT III.

## De Rota Vite, &amp; Mortis.

**E**X Satanico hoc Magisterio nata videtur celebris illa Rota, quam quidam rotam vite & mortis, nonnulli Sphæram Biantis appellant, perperam illi imposito nomine. Verum ut mortalium in tam ridiculis rebus fingendis stultitia luculentius patefiat, rotam, eiusque structuram hoc loco apponere, & examinare visum fuit.

Sphæra Biantis.



Intra duos extremos circulos Alphabetum uno-  
G g ma-

Descriptio.  
Rotæ.

matomanticum cum numeris, singulis literis correspondentibus spectatur; infra quos duo alia circularia spacia delineata vides, inter quæ characteres septem planetarum, & sub singulis numeri appropriati ponuntur; sequuntur deinde intra concavitatem centralem tres columnæ diametro A. B. interstantæ, numeris referat quorum ij, qui supra diametrum A B continentur, flices, & numeri viiæ vocantur; qui infra diametrum A B continentur, infelices, & numeri mortis nuncupantur, hinc illi Rubro, hi Nigro colore ut plurimum pinguntur. Atque hæc est Rotæ illius infelicissimæ systasis, quam equidem etiam inter opera Venerabilis Bedæ, necio quo fuco, irrepsisse miror. Sed usum exponamus.

Stulta Rotæ  
vita & mor-  
tis disposi-  
tio.

Primò itaque Archimystæ Satanici de re vera, vel falsa consulturi, accipiunt numerum literarum utriusque, inter quos negotium versatur, numerum quoque horæ & diei, quo colloquium instituitur; Mensis quoque & signi Zodiaci numerum; omnes in unam summam colligunt, summamque dividunt per 30, & reliquum, quærunt in rota: & siquid residuum fuerit, res falsitatis convincitur. Aliud exemplum apponamus. Consulturi virum quis in remota regione viuus sit, an mortuus, ita procedunt: Accipiunt numerum nominis absentis, quem ex Alphabeto numerico in extremis duobus circulis eruunt; deinde numerum mensis, unum cum numero dierum mensis, quo discessit, & simul in unam summam colligunt, quibus addunt numerum currentis anni, quam totam numerorum summam dividunt per 30, & residuum, si quidem supra diametrum

trum A B, inueniatur, certe cum viuum esse pronunciant; si infra diametrum A B idem reperiatur, mortuum eum esse asseuerant.

Quod si scire velint, vtrum quispiam è carceribus exiturus sit, vtrum non; accipiunt numerum nominis captiui, & anni, mensis, dici, quo captiuus factus est; quibus collectis adiungunt nomen ciuitatis & patriæ; & suminam totalem dividunt per 30: quod si residuum reperiatur inter rubros numeros supra diametrum A B, liberabitur; si inter nigros, mortem, ut purant, sufficiat.

Hoc loco sanè multum Hellebori ad insana floridissimorum huiusmodi Philosophastrorum cerebra purganda, quo rationabilius philosophari discerent, opus foret: quid enim in hoc ridiculo machinamenro aut virtutis, aut subtilitatis lateat, disperdere nulla ratione possum; nisi forte dicant, Alphabetum Onomanticum, quod superius rectâ scriptum erat, iam incircularem formam adaptatum, peculiarem vim habere; quod quām insulsum sit, quis non videt? Sed & quid mysterij septem Charakteres planetarij cum suis subscriptis numeris, plūs virtutis in circulum quām in rectum scripti possideant, penetrare multò minus possum; quid denique rubri supra diametrum numeri normaliter iam, non circulariter scripti, plūs virtutis ad vitæ, quām inferiores nigri ad mortem obtineant non capio. Ego sūtem, siue sursum, siue deorsum versum, sanè idem semper robur ad eleuandum possidere noui; quo optandum eslet tam insana malè augu-

Praxis Rotæ  
vitæ & mor-  
tis.

Confutatio  
Rotæ,

ratorum capita , verberibus quam verbis tractabiliora , probè tunderentur , vt ad mentem tandem excolerentur . Sed quid confusa illa horæ , diei , mensis , nominum , signi , planetæ , numerorum collectorum farago ad rem faciat , discutiat cui plus otij est & temporis ; ego sanè in tam male fana doctrina aut perscrutanda vltierius , aut refutanda acrius , bonas horas non impendam , nugæ sunt , affanæ , & nazare amiles , & digni qui talia tractant , tenebris carcerum , & Vvlcano .

Hisce Cabalistis meritò adnumerari possunt Geomantæ , in futuris ex Geomantica fatuitate pronunciantes inquisitio in dis insanentes : in qua quid non extra præscriptum Geomantæ , rationis , quid non superstitionissimum , sit , hinc patet . Perforant enim identidem vel terram , vel abacum , vel quid simile solidum pungorum capax , nulla vel temporis , vel numeri inter pungendum scribendum que habita ratione , sed ductum impetuque phantasæ sequentes , quam regi cœlitus autumant , quæ vbi quieterit , puncta colligentes , figuræ ex eis tradunt 16 , dominibusque inde , Astrologorum more , extructis , nullo fundamento , nullo rectæ rationis vestigio , nomenclaturas imponunt maioris minorisque fortunæ , amificationis , acquisitionis , albi , rubri , pueri , puellæ , lætitiae , tristitiae , viæ , coniunctionis , populi , carceris , capitis & caudæ , illudque potissimum contendunt , vt cœlestibus gubernentur , & iusta proportione cœlo planetisque respondeant , eorumque vim omnem , in questionibus interrogationibusque constituant . O cœcitatatem mentium ! quis enim hominum , ne dicam

no-

*Vanitas Geomantie.*

noctuarum talparumque, ex punctis à se temerè & casu projectis, futurorum vaticinium trahi posse sibi persuadet? Astrologi non incongruè causas inferiorum rerum cœlestia & esse, & haberi debere, sunt enim omnium causæ, sed non eo modo, quo ipsi contendunt potuerit existimare signa esse siue per se, siue cum causis, nullo autem pacto potuit ulli accidere nisi lese mentis, ut crederet puncta ipsa à se ipso infixa tabulæ, aut arenulis inspersa, futurorum causas esse, aut signa. Quid igitur ad futurorum diuinationem motus manus temerè aut scribentis in charta, aut arenis, motus prorsùs indifferens ad omnia proficit, scire cupiam? siquidem in motum futura non referuntur, sed in configurationes & aspectus siderum, in varias eorum vites & proprietates. Quod verò Geomantæ figuræ illas in abaco de punctis temerè infixis, compactis & coalitis, ad similitudinem XII signorum Zodiaci instituunt, sibi ipsis contradicunt, cum ad nugas suas defendendas potius 16, quam 12 eligunt. Sed aiunt 16 se elegisse præ 12, quod in numeris 16 punctorum, oporteat esse quatuor matres, totidemque filios, ex quibus nepotes pendeant 4, & totidem testes, qui postmodum iudicem constituunt. Nugæ nugarum. Rursus interrogo quid par aut impar punctorum numerus, domum figurarumque radices faciant ad futilem illam futurorum diuinationem, ut si vel unum punctum aut excedat aut decedat, tota operatio in irritum cadat? aiunt sequi hoc ex natura & proprietate figuræ, quæ scilicet tali signo cœlesti, vel tali planetæ subdatur. Sed quis nescit

Deliramen-  
ta Geoman-  
tarum.

vel

vel ipso Philosopho teste , in figuris talem vim potestatemque esse non posse , neque in sideribus esse vires , quæ figuris temerè iactatis communicari queant . Quod verò figuram rubram , quam puerum dicunt , Marti consecrant , adeò stolidum est , vt sensatis risum cum indignatione moueat : quam enim ridiculum sit , Martem robore corporis immanem puero comparare imbelli , & omni robore virili destituto , quis non videt ? vndè alia emanat insania , rubrum colorem Marti dicere , cò quod flammæ coloris videatur . Innumera hoc loco inconcinna , vesana , ridicula , & emotæ mentis propria adducere de-

Geomantiarum deliramentis

possem , sed cum ca-

in Magia Hie-

rogly-

phica ex ipsis fundamentis con-

futauerim , cò Le-

ctorem remit-

to .

ARIT-

# ARITHMOLOGIAE

## P A R S V I.

**Mystagogia Numerorum siue de My-  
stica numerorum significa-  
tione.**

### PRAEFATIO.

**I**NIER omnia, quæ ad diuinarum humanarumque re-  
rum contemplationem spectant; non minimum sane lo-  
cum obtinere. videtur mystica numerorum ratio, quæ ple-  
rosque SS. PP. ita oblectatos fuisse nouimus, ut ubicum-  
que occasio sese obtulerit, veluti præpingua pascua a-  
depti, in ijs quam scitissime interpretandis ingenium suum  
maxime exercuisse visi sint; neque mirum id cuiquam  
videri debet; cum enim numerorum visus natura  
nulli non argumento se immisceat; nullum dubium esse de-  
bet, quin sub ijs lateat nescio quid diuina naturæ proxi-  
mum, & intellectuali ita à natura insitum, ut si nume-  
rum ab ea sustuleris, naturam destruxisse videaris. Nu-  
meros omnia creatæ spirant; Cælum, Terræ, Elementa;  
Et quidquid tandem in Angelico, Humano, Sidereo. Et  
Elementari Mundo concinnatum & harmonicum est, id to-  
rum numerorum rationibus, sub multiplici sensuum analo-  
gia, subiicitur, & ex SS. Scriptura luculentissime pa-  
ret,

Numeris  
omnia con-  
sisteant.

ter, quām non immeritò contextum quendam sub perpetua numerorum allegoria continuatum dixeris: *Quis nescit, Christum Redemptorem nostrum plerasque suas parabolas sub mysticis numerorum allegorijs adornasse; ut sensatū essent lumen veritatis, insensatis verò cætitati caligo.* Ne itaque hoc opusculo quidpiam deesse videretur, præmisso in precedentibus numerorum abusu, modo usum eorundem verum & legitimum, necnon à SS. PP. ceterisque sacra Pagina interpretibus tantopere approbatum, opportunè subiungendum censui; ut quam aptè diuinis humanisque rebus numerorum mysticæ rationes congruerent, ex sequenti discursu patetieret. In quo tamen quempiam existimare nolim, me numeros hosce mysticos diuinis applicare per materiales quosdam Arithmeticos conceptus: sed per abstractissimas altissimasque numerorum rationes; qua quidem aliud non exhibent, quam simplicem quandam analogiam, quā per umbratiles similitudines ob intellectus nostri imbecillitatē diuinæ naturæ incomprehensam essentiam, quadantenus exprimere conamur; prout & Authorès paulò post allegandi, ex quibus nostra desumpsimus, præsterunt. Unde si quandoque occasio detur excurrendi ad sensum realem, Metaphysicum, aut Theologicum, prudenter Lectoris erit, ex toto analogo rerum contextu, mensrem intentionemque Authoris, eo quo dixi modo, interpretari.

## CAPVT I.

*De Monade siue Vnitate Mystica.*

**E**xpliatur Numerorum mystagogiam, ab ea  
vnitate seu Monade ordinar, quæ vti est omnium  
numerorum principium, ita quoque ex ea omnis nu-  
merorum multitudo profluit; tantoque ab Vnitatis es-  
sentialis Abysso, qui est DEVS Opt: Max: interuallo,  
quantum infinitum à finito, Intellectuale à Materiali,  
Omnia à Nihilo, dissidet. Quemadmodum enim om-  
nes numeri ab vnitate emanant componunturque; ita  
ab vnitate illa seu Monade suprainundana, cunctæ eo-  
rum, quæ aut intellectu concipiuntur, aut oculis perlu-  
strantur, conditarum rerum ordines, genera, species,  
fœcundissimæ Mentis æternæ conceptu prodierunt;  
Quam Monadem miro quodam & nescio quo instinctu  
agitatus, hisce verbis descripsit Trismegistus: *Vnitas*, Trismegi-  
stus in Pimā  
dro.  
inquit, *omnium principium, radix, atque origo; absque*  
*principio verò nihil; initium autem non est principij, sed*  
*alterius: Monas ergo principium omnium numerorum*  
*continet, à nullo contenta, omnemque gignit numerum,*  
*nullo numero genita.* Cui subscriptit Boëtius: *Omnia*, Boëtius in  
sua Arith-  
metica.  
inquit, *quacunque à prima rerum Monade constructa*  
*fuerunt, numerorum ratione formata videntur; hoc enim*  
*principale fuit in animo Conditoris exemplar, hinc quatuor*  
*Elementorum congeries mutuata fuit, hinc temporum vi-  
ces, hinc motus astrorum, Cælique conuersio.* Quibus qui-

H h

dem

*Quid sit vni-  
tas in Deo.*

dem verbis nil aliud, quām infinitam illam Diuinæ Naturæ essentiam superimmensam, indiuisam, vnam, simplicissimam, omnium idearum ideam, formarum formam, rationem rationum, numerorum omnium, id est, omnium conditarum rerum fontanam monadem intellexit; tametsi humanum intellectum longè supereret, quodò ex unitate illa superna ex se & sua natura simplissima, tantæ multitudinis foetus, tanta productarum rerum varietas cum tanta sœcunditatis uberrate, sine ullo unitatis suæ impertibilis damno, emanare potuerit. Totum tamen hoc mysterium non alia meliori ratione, quām sub umbratili quadam similitudine, per materialis unitatis proprietates exponi potest; quemadmodum enim omnia à mente dinina, ita quodam modo omnia à mente nostra; quod Deus in creatione, hoc mens nostra in numerorum productione; diuina mens discernit omnia; discernit & omnia mens nostra. Sed Dei discretio rerum productio est in propria subsistentia, nostra verò solum numerorum, quæ sunt diuinæ discretiōnis similitudines. Sublata enim unitate, numerorum nullum restabit vestigium; sublati verò numeris semper intacta restabit unitas, quæ vii numerorum omnium origo est, ita quoque omnes in se numeros virtute continent, adeoque numerus tam par, quām impar, tam maximus, quam minimus in unitate mira quadam eminētia in sœcunda illa unitate complicatur. Ita prorsus in superimmensa illa monade, quæ est supramundani illius opificis sœcundissimus conceptus & Archerypon, in quo par & impar, maximum & minimum, teste Boëtio &

*Quomodo  
Deus nume-  
rare censem-  
tur quomo-  
do noster in  
collectus.*

& Cusano, ita coincidunt, vt sine vlla sui ipsius aut mutatione, aut diuisione, vnum semper in se, ineffabili modo subsistat; quod vt luculentius pateat, id meliori faciliorque, quo datur modo, exponamus.

Maximum absolutè hoc loco nihil aliud esse dicit Cusanus Cardinalis lib. de docta ignor. quām maximum, quo maius dari non potest, estque veritas infinita, nullo humano, nec Angelico intellectu comprehensibilis. Nam cum hoc maximum de eorum naturā, quæ excedens & excessum admittunt, minimè sit; erit id necessariò super omne id, quod conceptu mentis nostræ exprimi potest; omnia enim, quæcunque ratione aut intellectu apprehenduntur à nobis, ita inter se, & à se inuicem differunt, vt nulla prorsùs præcisa æqualitas inter illa assignari possit. Maxima autem æqualitas illa est, quæ vti à nullo est alia, aut diuersa, neque ullum quoque vel excessum, vel defectum importat, ita super omnem quoque intellectum collocata, omnem meritò mentis conceptum excedit, atque adeò cum maximo absolutè idem est. Porrò cùm hoc Maximum absolutè omne id, quod esse potest, sit; minimum autem absolutè id sit, quo minus concipi non possit; perspicuum est, maximum absolutè, minimo absolutè, coincidere. Oppositiones igitur, quas in rebus imbecillis mentis nostræ fundat apprehensio, locuni tantum habent ijs, quæ excedens & excessum admittunt; Maximum verò & minimum absolutè, vti supra cūmnen op-positionem est, ita nullum quoque excessum vel defectum, vti dictum est, suo in conceptu con-

Quid sit Ma-ximum ab-solutum.

Quid sit Mi-nimum ab-solutum.

Maximum & Minimū absolute co-incidunt abs que vlla cō-tradictione.

cludere potest, ut docte probat Cusanus.

Cum itaque Maximum absolute omnia sit abso-  
 lute actu, quæ esse possunt, illud absque vita oppositio-  
 ne, ut cum minimo coincidat, necesse est; atque adeò,  
 quod super omnem affirmationem & negationem, &  
 super omne id, quod concipi potest, existit, id quoque non  
 magis esse, quam non esse concipitur; & omne id, quod  
 concipitur non esse, non magis non est, quam est; verum  
 ita est hoc, ut sit omnia, & ita omnia, ut nullum; & ita  
 maximum, ut sit minimum; ita lux, ut tenebrae; *ut enim tenebra eius, ita & lux eius;* Cùm aliás Deus om-  
 nia possitilia actu esse non posset, si non esset infinitus  
 & terminus omnium. Hoc autem omnem intellectum  
 transcendit, qui nequit contradictionia in suo principio  
 combinare via rationis, quoniam per ea, quæ nobis ab  
 ipsa natura nota sunt, ambulamus, quæ longè ab hac in-  
 finita virtute cadens, ipsa contradictionia per infinitum  
 distantia connectere simul nequit. Supra omnem itaque  
 viam rationis incomprehensibiliter maximum illud ab-  
 solutum seu infinitum, cui nihil opponitur, videmus  
 cum minimo coincidere. Sunt itaque Maximum &  
 Minimum hoc loco transcendentes absolute signifi-  
 cationis termini, quæ in sua simplicitate absolute supra  
 omnem contractionem ad quantitatem molis aut virtu-  
 tis, omnia complectuntur. Atque hoc Maximum &  
 Minimum nihil aliud esse, quam unum, scitè sane ostendit  
 sapientissimus Cardinalis Cusanus, libro de docta  
 ignorantia hisce verbis.

Boëtij Epi-  
 phonema  
 probatur.

*Cum excedens & excessum propriæ numericae sit  
 con-*

considerationis, atque adeò anima numeris assueta, sine ijs quicquam finitum & terminatum concipere non possit; sublatro numero, ipsa quoque rerum discretio, ordo, proporcio, harmonia, atque ipsa entium multitudo, qua sine numeris concipi non potest, ut cesset neceſſe eſt. At si numerus iste eſbet infinitus, quoniam tunc iuxta diſta maximum actu cum minimo incideret, omnia pariter predicta cessa-rent, cum idem sit numerum infinitum eſſe, & minime eſſe. Infinito igitur numero adeò magnus quidem assignari non potest, ut eo maior eſſe non possit in potentia; maximum tamen actu numerum, quo maior dari non pos-ſit, assignari, eſt assignari eum, qui nec principium, nec finem sua magnitudinis habet; numerus siquidem infini-tus eſſet, & consequenter talis numerus, neque discretionem rerum, neque ordinem, neque pluralitatem, neque excedens neque excessum admitteret, immo numerus non eſſet. Quapropter necessarium eſt in numero ad minimum pertingere, quo minus eſſe nequit; atqua hac eſt unitas: & quoniam unitate minus eſſe nequit, enīt hac unitas minimum sim-pliciter, atque adeò cum maximo simpliciter coincidet. Non potest autem hac unitas numerus eſſe, ut potest omni excessu carens, sed eſt principium numeri; quin minimum quod hac unitas refert, finis eſt omnis numeri, quia ma-ximum eſt, cum quo minimum coincidit. Et igitur unitas abſoluta, cui nihil opponitur, ipsum Maximum simpi-citer, qui eſt Deus benedictus, qua Unitas vti maxima eſt, ita multiplicabilis & participabili, quoniam emne id eſt, quod eſſe potest. Non potest igitur ipsa unitas nume-rus fieri.. Atque hanc Hebræi, ut in Cabala exposui-mus.

Vnitas Ma-xima & quipa-rata Unitati-Minimi.

Zohar de  
vuitate.

mus ἦτορ πν. Ensuph vocant, Diuinæ essentiæ infinitum, Marc illud magnum & interminum; hæc Vnitas apud Zohar vocatur: *Vnitas simplex & absoluta unitate simplici, & absolutissima omnibus modis & rationibus, & ex omnibus examinibus, quibus examinaueris hoc, nihil percipies, nisi unitatem simplicem & summe absolutam.* Atque hanc vnitatem ita necessariam esse, ut illa non existente, nihil conditarum rerum existere possit, supracitatus Author hisce verbis ostendit.

Card. Cusa-  
nus de do-  
cta Ignor.

*Cum omne non Maximum sit finitum & principium, necessariò id erit ab aliquo; Si enim à seipso esset, fuisset, quando non fuisset; ne igitur processus concedatur in infinitum, Maximum simpliciter necessarium, sine quo nihil esse potest, concedendum est. Cum præterea nullum esse intelligi possit sine esse, Maximum autem esse oppositionem non admittat; necesse est, minimum esse, cum maximo esse coincidere, eritque absolutum esse nihil aliud, quam Maximum esse; quemadmodum Veritas maxima, est Maximum absolute; maxime itaque verum est, ipsum Maximum simpliciter esse, vel non esse; vel esse & non esse; vel nec esse, nec non esse; in infinito enim Diuinæ essentie hæc omnia sineulla oppositione considerari possunt.*

Deus cur-  
dictus sit Ens  
& non Ens  
à S. Diony-  
sio.

Patet hinc, quare S. Dionysius Deum subinde Ens & non Ens dixerit, & Zohar subtilissimis verbis explicat: *Iam dixi tibi, quod producenti Ens de non Ente nihil dedit, & quod Ens est in non Ente quoad rem non Enti, & non Ens est in Ente quoad rem Enti, ut discas, quod non Ens sit Ens, & Ens non sit Ens.* Patet igitur ex dictis, Maxim um simpliciter necessariò esse, imò es- ip-

ipsam absolutam necessitatem, & hanc Vnitatem esse  
absolutam. Vnitas ergò hæc erit Maximum simplici-  
ter, quod supra innuimus, & S. Dionysius doctè demon-  
strat lib. de diuin. nomin. Cum omnibus ut sint, causa  
sit Deus, ipse non est, vt potè omni effentia superior,  
qui enim excedi omnem substantiam, scientia omni-  
item est superior. Et inde modus de Deo philosophan-  
di emanat negatiuus; vti enim nihil inexistit in Deo  
quod non sit Deus; ita omnia quodammodo Deus, &  
Deus omnia; vt proindè hinc emanet de Deo affirma-  
tiuus differendi modus, qui teste S. Dionysio, à posterio-  
ribus incipiens, ad infima & abiectionissima sensim progre-  
ditur, vt potè negatiuo oppositus, vt quæ ab infimis sen-  
sim ad suprema progrediatur. Verum cum affirma-  
tio pariter & negatio à finita mente, finita sint, neque at-  
tingere possint id, quod excellit omne finitū; ideo manet  
in infinitatis tenebris, omni luce inaccessibilis; quare  
supra omnem est affirmationem & negationem, atque  
hinc emergit excellentium negationum Theologia, quæ  
acc. aliquid asserit, neque aliquid de Deo negat.

Theologia  
negativa  
quæ.

## C A P V T II.

*Quomodo Vnitas, seu Monas trina dici possit?*

**P**Ost Vnitatem ordine numerorum sequitur Dyas,  
id est, binarius, qui vti est Monadis quedam  
iteratio & reassumpcio, ita quoque non immixto Monas  
secunda dici potest; primus, isque simplicissimus nu-  
me-

Dyadis my-  
steria.

merus , externum , primum & sensibile vnitatis germe  
monadisque duplicatio , initium omnis multitudinis ,  
quæ humano ingenio concipi potest ; qua scitè sanè  
creaturarum omnium , quarum non est numerus , à  
simplicissima illa Deitatis monade sœcundissimus efflu-  
xus notatur , omnis multitudinis primordium ; quæ uti  
malo & imperfectioni obnoxia est , ita quoque ab Hie-  
ronymystis pro symbolo retum confusarum , malorum-  
que initio sumitur ; hoc enim pacto pars Naturæ Ange-  
licæ ab vnitate superna recisa separataque ; omnium  
malorum iliadem in orbem intulit ; de quo vide Dio-  
nys. de Diuin: nomin: fusiùs explicantem . Vnde &  
Philosophi Materia primam per Dyadem expresse-  
runt : quemadmodum enim Deus per primam vnitati-  
tem in se ipso immutabili & indivisiibili essentia subsistit ;  
ita vnitas secunda seu iteratio Monadis ; & antiquitatē  
& vnitate Deo proxima dicitur , eò quod cunctarum  
sensibilius corporearumque rerum tantum una sit ma-  
teria , totius oppositionis ectypon ; cum prima relatio  
& oppositio non nisi in dyade contingat , de quibus in-  
sequentibus . Est itaque Dyas secunda à prima monade  
decisa vnitas , multitudinis initium , & primus parium  
numerus , malitiæ tamen nonnullius eam insimulant  
philosophi , eo quod primam ab vnitate recessum expro-  
priat , quam multitudinis & imperfectionis notam di-  
cunt ; cumque diuersitatis , inæqualitatis , dissimili-  
tudinis principium & vnitatis distinctio casusque primus ,  
ab uno sit , non imberito à veteribus tum Græcis tum  
Ægyptijs , Hebreisque diuisionis in omni disciplina  
cen-

Dyas est pri-  
mus recessus à Deo

censetur numerus, quo ab Aegyptijs oppositarum rerum dissidium lis & discordia, pugnantiumque in natura qualitatum vicissitudines non immerito à Persarum Magis sub Arimanij & Orimazis allegoria, de qua suprà, & ab Aegyptijs sub Osiridis & Typhonis mythologia repræsentatæ indicantur, de quibus Tomum II. Oedipi, Clas. VII. consule. Sed ut ad propositum nobis scopum reuertamur, meritò queri posset, quomodo Archetypa illa vnitas, cum vnum quid simplicissimum, indivisibile & immutabile sit, post dyadem trina tamen dicatur?

Trias triniter prima, teste Boëtio, Dux est & Princeps imparium, numerus perfectus, primus, integer, consumatus, vniuersus, totus: nam sicuti Monas est simplex sine exterritate, & Dyas extremitas diuidua & patula est sine medij vnitate; sic trias miro complexu vtramque se priorem apprehendit; inuenit enim circumuallatque Monadem Dyadis subsidio, & Dyadis extrema vnitate iungit nequitque; & sicuti diuiduae potentiae inditus actus suapte natura impers, totius conflat impletque substantiam; ita & in Dyadem progressa Monas, illiusque excepta finibus, triadis complet, perficitque numerum; Vnde non immerito numerus dicitur Princeps, Diuinæ emanationis simulachrum, totius contemplationis & sapientiae fundus: & si primaria rerum subsistentia contingit in Monade, seu puncto, subsistentium verò cognitio & apparitio in Dyade seu linea; erit supremus cognitarum & supremarum substantiarum amor & festiuæ prosecutio

triadis. Mirum igitur non est, veteres Philosophos tanto studio Triadis incubuisse mysterijs.

Ternarij nou  
meri genesis.

Sicuti igitur ex Monade nascitur Dyas. additione vnitatis, sic additione Monadis ad Dyadem nascitur Trias, numerus triunus ex uno. in unum reductus : quia sicuti vnitatis principium numerorum, sic trigonus prima omnium figurarum rectilinearum, nasciturque ex binario & vnitate, & in hieroglyphicis pyramidibus per Δ. signatur ; quod initium dicit a puncto seu Monade pyramidis, & per duo quælibet latera in basim extenditur, qua Δ. constituitur, sacra illa & tot Antiquorum scriptis celebrata Trias, verum Platonicum triplicis Mundi exemplar & idea, vera illa trutina iustitiae Pythagoricæ ad medium duorum vitiorum vtrinque reducta, numerorum omnium principium, Diuinæ trigonum Naturæ, totius imperfectionis, ac Naturæ mancæ complementum, formarum appetitus in Protheo vigentis vnicum centrum, pyramidis mysticæ fundamentum, fons & origo corporum, quæ ad mysticas significationes, & reconditas rerum explicationes nihil vberius. Sicut enim par primus, nec pè dualitas, est diuisio, primaque diuersitas. ac casus, ut diximus, primus ab uno ; sic ternarius primus numerus impar est quasi redditus ad unum. atque principium ; & perfectior est pari, cùm illius comprehendar, non ab eo comprehendatur. Unde apuissimus numerus est iustitia; siquidem in paribus iustitia quasi dissoluta est sine medio, ut recte admonet Plato lib. I. de legibus, nec vltum, quo ianitatur, cardinem habet, sed in ipso impari, su-

Ternarij nu  
meri laus.

Plato I.

super ipsum vnum, est medium quasi cēntrum atque Numen, quo æqua distributio, & ad quod quasi finem regitur. Impar etiam propter medium sui ipsius vinculum, vt rectè Plotinus dicit, suipius vinculum intra se possidet, & propter centrum circulare existit, & propter comparationem extremorum ad medium, vniuersi ordinis principium est: In ternario enim principium, medium, & finis est; Vnde &  $\text{Gia}$   $\tau\alpha\mu\tau\alpha$ , & prisci quoque Theologi, vt principium, medium, & finem in Deum referenda designarent, tria in sacrificijs offerebant. Quibus quidem exhibitis, iam ad Vnitatis trinæ explicationem progrediamur.

Nulla vñquam Natio fuit, quæ Deum non coleret, & eum Maximum simpliciter non crederet. Sissenij vnitatē maximē adorabant. Pythagoras Trinitatem vñā asserebat. Quod vt intelligatur, verba Cusani adducam, queis rem scitè sanè exponit. lib. supra citato: *Sciendum est, inquit, id quod omnē alteritatē p̄cedit, aeternū ēſe: alteritas enim idem est, quod mutabilitas; sed omne quod mutabilitatē naturaliter p̄cedit, immutabile est, & consequenter aeternū.* *Vnitas ergo natura prior est alteritate, & quoniam eam naturaliter p̄cedit, est aeterna.* Porro omnis inaequalitas <sup>Vnitas natu</sup> <sub>rā prior est</sub> alteritate. est ex aequali & excedente, vnde inaequalitas emergit, aequalitate naturā posterior; quod ita ostendo. Omnis in aequalitas in aequalitatem refoluitur, nam aequale inter maius & minus est; si itaque dempseris, quod maius est, habebis aequale; sic si minus dempseris à maiori, iterum habebis aequale. Inaequalitas itaque per subtractionem ad aequalitatem reducitur; ergo aequalitas naturaliter p̄cedit inaequalitatem.

Plotinus:

Ternarius  
numerus fer  
fectissimus.  
quod conti  
net princi  
pium, mediū  
& finem.

quale; Alteritas ergo & inegalitas natura simul sunt: ubi enim alteritas, ibi & inegalitas; et est conuerso; inter duo namque ad minus erit alteritas, illa vero ad unum illorum duplicitatem facient, quare erit inegalitas per excessum unius. Alteritas ergo & inegalitas simul sunt natura, sed ex primis aequalitas natura procedit inegalitatem, quare & alteritatem; aequalitas ergo erit eterna.

Iterum si due fuerint causa, quarum una prior sit altera, erit effectus prior natura effectu posterioris. Sed unitas vel est connexio, vel est causa connexionis, est enim Unitas omnium: binarius vero, vel diuisio est, vel causa divisionis, ergo sicut unitas natura prior est binario, ita & connexionis natura prior est divisione; sed sicut alteritas & diuisio natura simul sunt ita unitas & connexionis. Cum itaque probatum sit, id quod alteritatem, divisionem, seu mutabilitatem procedit, esse aeternum, est enim id simpliciter maximum; nihil vero procedens alteritatem aliud sit, quam unitas, unitas autem idem sit, quod aequalitas & connexionis; erit necessarij, unitas, aequalitas, & connexionis aeterna; non tria aeterna, sed unum aeternum, si enim plura essent aeterna, alteritas siue multitudo prius esset unitate, iterum alterum alteri dœfert, atque adeo nullum illorum esset aeternum; aeternum itaque essent. & non aeternum, quia omnia absurdum sunt & impossibilia. Manet ergo Unitatem, aequalitatem & connexionem, uti unus sunt, ita & aeternum esse. Ita Cufanus.

Atque haec est illa trina unitas, quam Pythagoras adoranda statuit; quamque Aegyptij Hemphita dicebant, & sub figura ιφ-κυλα-τηρογόνω, id est, per globū fer-

Alteritas &  
inegalitas  
simil sunt  
natura.

Unitas, & equa-  
litas, & con-  
nexio sicuti  
habent unū  
esse, ita ha-  
bent aeternū  
esse.

serpentem, alam in vnum hierogramma congesta, occul-  
tè exprimebant; de quo vide Obeliscum Pamphilium.

Ab unitate itaque gignitur unitatis æqualitas ne-  
gatiæ, id est carentia inæqualitatis, atque ab his proce-  
dit connexio; Deus enim unicus, vir ipsa rerum entitas  
est, seu forma essendi, æqualitas verè entium æquitas, in  
qua neque plus, neque minus sit, nihil supra, neque  
infra; ita generatio unitatis nihil aliud est, quam uni-  
tatis repetitio; si enim bis vel ter, aut deinceps Unitat-  
em multiplicaueris, iam Unitas ex se aliud procreabit,  
ut binarium, ternarium, vel alium quemvis numerum,  
qui creatis conuenit. Unitas ergo in Diuinis semel tan-  
tum repetita gignit Unitatis æqualitatem, sive quod  
idem est, Unitas gignit Unitatem, quæ est generatio  
æterna Patris & Filij. Hinc patet, quomodo illud Tris-  
megisti intelligendum sit: *Monas genuit Monadem, &*  
*in seipsum suum reflexit ardorem.* Sicut igitur gene-  
ratio Unitatis ab Unitate, est una Unitatis repetitio, ita  
processio ab utroque est repetitio Unitatis entitatiæ,  
& æquitatiæ, sive quod idem est, Unitatis & æqualitatis  
connexio & unitio. Rectè itaque ab unitate & æquali-  
tate unitatis, id est, ab utroque connexio procedit, neque  
enim connexio unius tantum est, sed ab unitate in æqua-  
litatem unitas procedit, & ab unitatis æqualitate in  
unionem. Neque dicitur, connexionem ab unitate,  
vel ab unitatis æqualitate gigni, quoniam neque ab uni-  
tate per repetitionem sit, neque per multiplicationem;  
& quamvis ab unitate gignatur unitatis æquitas, & con-  
nexio procedens ab utroque, veluti si de eodem dicatur,  
hoc,

Trismegisti  
essatum ex-  
plicatur.


hoc, id, Idem; hoc ipsum quidem quod dicitur id, ad primum refertur; quod vero dicitur idem, relatum connectit & coniungit ad primum. Atque ex tali quantumvis diffusa similitudine Pater dictus est Unitas, Filius Aequalitas, Connexio vero Amor, seu Spiritus Sanctus. Atque haec sunt, quae de Trismegisti & Pythagorae trinitatis in Unitate scrutinio Lectori curioso exhibere volui.

Dyঃ quo.  
modo alteri-  
tate induat.

Vides itaque, quomodo ex unitate Dyas profluens alteritatem quandam inducat, verum mundanæ productionis Symbolum, bonorum malorumque nec non vicissitudinis rerum in Mundi constitutione index. Vides quomodo unum additum vni quomodo libet positum, semper minimum causet spatiū, interstitium, seu intercapacinem, quam positio duarum unitarum exprimit, idemque in discreta quantitate exhibit, quod linea in quantitate continua; sicut enim ex fluxu puncti concipitur productio lineæ, ita punctum a punto secretum, spatium omnium minimum causat, quam Dyas unitas secunda refert. Rursus cum linea ad alteram lineam inclinata, sectione sua angulum efficit, quid aliud quam in determinatum quoddam spaciū omnis superficie expers efficit? cui tamen si tertiam lineam addideris, tum ecce unitas geometrica triuna exurgit, videlicet triangulum, adeoque ex unitate in unitatem fit redditus; Est enī hæc unitas trigona prima unitas omnium superficierum, omniumque figurarum rectilinearum fons & origo; sicuti enim unitas numerica Diuinæ Naturæ, ita prima unitas hæc geo.

Comparatio  
nes Dyadis  
& Triadis.

geometrica, Dei triunius. vmbra tiliis quædam imago, typus & exemplar est, & in sequenti triangulo æquilatero



A B C. luculenter apparet, in quo unitas trianguli Diuinæ essentiae unitatem notat, laterum vero angulorumque ab unitate distinctorum æqualitas, triplex Diuinorum hypostasis. in na-

tura & essentia æqualium unitatem haud incongruè de-  
notat. Sicut ergo adūtus est, ut aut latere, aut angu-  
le ab isopleuro sublato essentia trianguli maneat, ita in  
Ditinis una hypostasis sine altera esse non potest, quin totum destruatur; neque enim Pater sine Filio, neque  
Filius sine Patre, nec uterque sine Spiritu Sancto esse  
aut concipi potest. Si enim ex trigono sive angulum,  
sive latus sustuleris, iam non triangulum uniuersum.  
nec tri-unum erit, sed in dyadem totius imperfectionis  
indeterminatum Chaos degenerabit. Iterum, si per im-  
possibile una hypostasis tolleretur ab altera, maxima  
in tri-uno. Diuinitatis triangulo force confusio. Pater  
etque, quod supra docuimus, tri-unum triangulum sive  
isopleuron vmbra tiliis esse SS. Triadis Symbolum, in  
quo Deus Pater unitatem, Filius æqualitatem, Spiritus  
Sanctus virtusque per amorem connexionem notat,  
quod nec Trismegistus latet, dum nescio quo affectu  
agitatus dixit: *Monas Monadem genit, et in seipsum  
suum reflexit ardorem.* Vbi per Monadem aperte Patrem,  
per genitam Monadem Filium, & per reflexionem ar-  
doris Spiritum Sanctum, qui amor & ignis dicitur,

SS. Trinitas  
com Δ equi  
latero com-  
paratur.

in-

inquit. Sit Monas prima latus A B, altera Monas B C, erit latus A C connexio Monas ex C in A. reflexa, quo trigonum Diuinitatis tri-unum Numen aptè exprimitur, ut in anteposita figura patet. Quemadmodum verò unitas extra se in multitudinem diffusa, rerum omnium productionisque Mundanæ ab unitate superna profluentis diuersissimarum rerum differentiam, ita

Vitas geo-  
metrica  
quid notet.

Monas geometrica triangularis, rerum in Mūndo creatarum innumerabilem multitudinem & varietatem denotat; Est enim via unitas principium omnium numerorum, id est, multitudinis; ita & triangulum prima superficies omnium figurarum rectilinearum, quæ mente humana concipi possunt, radix & origo, & sicuti in unitatem omnes numeri, ita in triangulum omnes figuræ rectilineæ, id est, omnis rerum creatarum multitudo, in trigonum illud Archetypum resoluta. Vnde Plato sciente sancte ad hoc allusione videtur, dum *Mundum hunc sensibilem ex Trigono Archetypo profluxisse afferuit*, quo & cunctæ res veluti Diuinitatis quodam signaculo impressæ videntur; atque adeò vel ipsa natura per manifestissima rebus omnibus impressa signacula, tanti nos mysterij participes esse valuerit: Nam si uniuersam Naturam perfectam credimus, certè & eandem vel ex luctuenterissimis indicijs trinam esse, fateri cogemus: Cum enim omnis Creatura sit tri-unius Conditoris opus Diuino fulgore coruscum; Certè ut in se Diuinæ perfectionis & Sacrae Triadis in se impressa vestigia demonstraret, necesse est; sunt enim cunctæ res, quæ sensibus obijciuntur, veluti specula quedam, quæ Diuinitatis tri-unæ imagines

ad

ad nos reverberant voces quædam reflexæ, quæ ad instar Echo Conditoris tri-unius gloriam occulto quædam præfigio nobis concinunt. Verum nè in re passim nota hæreamus, hic Abacum Trinitatis rerum omnium apponemus.

*SS. Trias omniibus rebus impressa.*

| Trinitas in<br>Deo Arche-Pater.<br>uipa. | Filius :                | Spiritus San<br>ctus. |
|--|-------------------------|-----------------------|
| In Anima .                               | Intellectus .           | Memoria .             |
| In gradibus<br>animaꝝ.                   | Vegetativa .            | Sensitiva .           |
| In Intellecti-<br>bus .                  | Divinus .               | Angelicus .           |
| In Sapientia .                           | Divina .                | Angelica .            |
| In Intelle-<br>ctualibus .               | Mens .                  | Intellectus .         |
| In Ratioci-<br>nio.                      | Maior extre-<br>mitas . | Minor .               |
|  | Maior pro-<br>fitio .   |                       |
| In Eruditio-<br>ne .                     | Conceptus .             | Vox .                 |
| In Mondo .                               | Intellectualis.         | Cœlestis.             |
|  |                         | Scriptura .           |
|  |                         | Elementaris.          |

Kk

In

|                       |                      |                           |                         |
|-----------------------|----------------------|---------------------------|-------------------------|
| In Sole.              | Lux.                 | Radius.                   | Calor.                  |
| In Luna.              | Coniunctio.          | Medium.                   | Opposito.               |
| In Circulo.           | Centrum.             | Diameter.                 | Circumferentia.         |
| In Magnitudine.       | Longitudo.<br>Linea. | Latitudo.<br>Superficies. | Profunditas.<br>Corpus. |
| In numeris.           | Linearis.            | Planus.                   | Solidus.                |
| In hominum positione. | Iacere.              | Stare & ambulare.         | Sedere.                 |
| In plantis.           | Arbor.               | Frutex.                   | Herba.                  |
| In nube.              | Pluuija.             | Nix.                      | Grando.                 |
| In arbore.            | Foliis.<br>radix.    | Hlos.<br>truncus.         | Fructus.<br>Rami.       |

Arque haec sunt, quæ de Triade rebus impressa paucis dicenda duxi; adeò vulgato proverbio verum sit, numero Deus impar gaudet, & omne trinum perfectum. Cum itaque omnia tam visibilia, quam inuisibilia arcanæ illius & supra excelsæ unitatis vestigia & signa sint triade notata, certè omnem creatam triadem ab æterna & increata Trinitate, tanquam ideatum ab idea profluxisse, credere congruum est, quamvis creatam inter & increatam Triadem infinita quædam differentia in-

ter-

tercedat; ut enim creata inæqualitatem, diuisionem, prioritatem posterioritatemque connexam habent, ita in Diuinis summam æqualitatem, summam connexionem, identitatem & æternitatem exhibent, ita ut in Diuinis nil temporaneum, inæquale, disiunctum & separatum, nil prius aut posterius, sed omnia æqualia, infinita & æterna esse censeri debeant; ita ut Monas cum Monade trigona, trigonus cum circulo, circulus cum circumferentia & centro, maximum cum minimo prorsus coincident, ut supra quoque innuimus, & in Arte nostra Analogica fusè docebimus. Hæc itaque de vnitate triadica dicta sufficient, quare iam ad tetradi siue quaternarij mysterium exponendum nos accingamus.

Differentia  
Trinitatis  
creatae & in  
creatae.

## CAPVT III.

*De Mysterijs Tetradi, seu Quaternarij.*

**S**icuti in præcedentibus punctum Monade descripsimus, lineæ verò interuallum diuidua Dyade distendimus, superficie autem latitudini Triadem indidimus; ita nunc supereft, vt in corporea plenitudine, & solidi profunditate quaternarius requiescat, distendaturque & emetiatur potissimum corporis interuallum. Nam ut supra dictum est, quaternarius primus est corporeus solidusque numerus, productique vel pyramidem trilateram, vel cubum. Vtraque figura diuersis modis producitur. Prior sic: Puncta quatuor, siue

Numerus  
quaterna-  
rius vel con-  
ficit pyramidem  
trilateram, vel Cu-  
bum.

Kk 2 qua-

quatuor unitates in praecedentibus indicatae, angularium ipsius capita finiunt; Lineæ sex dirimunt ac dispersiuntur; quatuor superficies eandem operiunt & contengunt; deinde sub ipsis terminis abditum, oculisque imperium corpus existit ex quaternario. Quod si quaternarium sub hisce terminis 1. 2. 3. 4. expansum collegenis, habebis 10, secundam Monadem, & Angelici Mundi radium; denarium si quadres, mox occurret 100, tertia Monas, animastici Chori exordium; si denique secundam Monadem in tertiam, id est, 10. in 100. duxeris, exurget cubus siue solidum corpus, omnium, quæ visui patent, sensibilium rerum reconditorum. Hinc quatuor elementorum simplicia corpora, quæ quadruplex generum ordo, Substantia, quantitas, qualitas, locus comitantur: Substantiae competit generatio & corruptio: quantitati augmentatio & diminutio; qualitati motus alterationum contrarijs insitentium; loco denique latio congruit. Quique quadruplex rerum ordo, subsistentium inanimatorum, viuentium, sensibilium & rationalium fulcitur & conseruat. Atque hæc est Pythagorica illa tetractys, conuersos rerum ordines continens, de qua cum fuse in Musurgia nostra vniuersali egerimus, illuc Lectorem remitemus.

Tetractys igitur reperitur in omnibus rebus. Chaos est diuisum in quatuor Elementa: Cœlum in quatuor partes seu angulos; Aer in quatuor ventos; Zodiacus in quatuor triplicitates; sub Cœlo quatuor temporum qualitates; sub qualitatibus quatuor Elementa.

Tetractys  
reperitur in  
omnibus re-  
bus.

menta; sub Elementis substantia, quantitas, qualitas, motus; sub substantia corporea, Entitatum, Vegetabile, Sensituum & Intellectuum; quantitas in punctum, longitudinem, latitudinem & profunditatem; qualitas in quatuor, siccum, frigidum, humidum, calidum; Motus in ascendentem, descendenter, rectum, circularem; Terra in quatuor spacia dividitur. Præterea non male Tetractys dicitur continere res omnes, cum quaternarius, vii alibi ostendimus, ut potest in potentia denarius, numerorum omnium perfectissimus & absolutissimus, sit rerum omnium idea, ultra quem nullus aliis numerus reperiuntur, ut in Obelisco Pamphilio ostensum est lib. 2. cap. 10. Hunc quoque Cabalisticum ad decem Sephiroth, quæ sunt diuina attributa & mensurae, queis Deum, Divinam prouidentiam, & immensitatem rerum describere solebant. Quæ ut omnia clarius patet.

Quadruplicem unitatem hoc loco exponendam duximus; prima est simplicissima seu Monadica, Monadica; altera duodecim, Decadica seu denaria; tertia, hexadica, hecatontadica seu centenaria; quarta, chiliatica seu millesimaria. Prima intuitus simplicissimam & indivisitam unitatem, scilicet; secunda denariam unitatem, quæ & sequentium radix dicitur, & id sunt, sexta centenaria unitatem contemplatus, & est præcedentis unitatis denarie quadratura, videlicet 100; quarta 1000, id est, millesimam respicit unitatem, & est præcedentis denarie unitatis cubus. Quæ quatuor Monades via fluxum puncti in lineam,

Cabalista ad  
io. omnia  
renovant.

Quadruples  
unitas ex-  
plificatur;

Declaratur  
natura singu-  
larum unitat-  
um.

lineæ in superficiem, superficie in corpus pulchrè explicans sic prima centralis monas, secunda superficialis, tertia quadrata, quarta solida rectè denominari potest. Atque hac ratione statutis duobus extremis, unitate, & millesimario, ceteros omnes numeros per accessum & recessum ab illis definiebant Pythagoræ, estque varia illa & mysteriosa Téqualv; Pythagoræ. Verum inter duo hæc, duo statuebant media, nempe 10. & 100 & denariorum quidem radicem, centenarium quadratum, millenarium verò cubum appellabant. Unitas sine divisione est, & ut punctum, denarius millenarij radix eunita simplici divisione; est enim pariter impar, & ut linea: centenarius cum duplice divisione, & ut superficies dividitur enim in 50 & 50, deinde 50 in 25 & 25: millenarius verò cum trina divisione, & ut corpus, dividitur enim 1000 primo in 500 & 500; deinde 500 in 250 & 250. Rursus 250 in 125 & 125, inibique cessat divisione. Sicut igitur monas omnis divisionis experta, sic 10 unam divisionem tantum admittens, aptè Intelligentijs applicatur, 100 binā divisione animam; 1000 verò trinā divisione aptè corporeum Mundum ostendit. Sed explicemus singula.

Monadica  
vnitas Diui-  
nam essentiam  
notat.

In Monadica unitate contemplatur simplicissimam Mentei omnium productricem Divinam essentiam; in secunda radicali unitate Angelicam Intelligentiam; in quadrata animam: in cubica denique corpus intuemur; ita ut hisce quaternis unitatibus distinctis, distinctas in singulis proprietatum rationes comperiamus. Nam in Deo omnia Deus, in Intelligentia omnia intel-

lectus, in anima omnia anima, in corpore omnia corp  
pus est; quod aliud non est, quam Mētem omnia com  
plecti vel diuinē, vel intellectualiter, vel animaliter, vel  
corporaliter; Diuinē quidem, prout res est veritas; in  
telligentialiter, hoc est, vt res non est veritas, sed vere;  
animaliter, hoc est, vt res est verisimiliter; corporaliter  
denique, hoc est, vt verisimilitudinem exit, & confusio  
nem subintragat. Prima vnitas veluti exemplar omnium,  
omnem præcedens multitudinem, & consequenter om  
nem alteritatem, oppositionem, inæqualitatem, diuisio  
nem; & tametsi huiusmodi vnitas nec binarius, nec ter  
narius, nec quaternarius sit, omnia tamen ea est, quae  
sunt binarius, ternarius, quaternarius, &c. Si species re  
rum vt numeri distinguantur, ipsa absolute vnitas null  
ius quidem speciei est, nullius nominis, nullius figuræ  
est, sed omnia in omnibus est; est enim hæc vnitas om  
nis multitudinis generum, specierum, substantiarum,  
accidentium, vniuersarumque vtranuarum, mensura  
vna omnium mensurarum, æqualitas vna omnium  
æqualium & inæqualium, conexio omnium unitorum  
& segregatorum, quemadmodum vnitas omnia tam  
parem, quam imparem numerum simplicitate sua. com  
plicat, explicat, atque connectas, vnitas infinita potentia.  
vnitas ineffabilis, à qua si cuncta separaueris, si aliud  
unquam esse sifile, aut esse, aut fieri posse intelligas,  
si multitudinem omnem abicias, & ipsam simplicissi  
mam vnitatem tantum subintraueris, ita vt eam non  
potius simplicem quam non simplicem, non potius  
vniam quam non vnam comprehenderis, arcana omnia

Principis Vni  
tatis præcep  
tatiua.

my-

mysteria te penetrasse horis. Videbis enim vitam eius minimè corruptibilem in sua vnitate absoluta , in qua est omnia, huius autem absolutæ vnitatis præcississima est certitudo, ita ut mens omnia in ipsa & per ipsam agat ; neque quæstio esse potest , quæ eam non præsupponat ; est enim caritas omnium entium , quidditas omnium quidditatum, causarum omnium causa , finis omnium . Vidimus Omnipotentis Vnitatis miracula, iam ad cæteras vnitates progrediamur .

Secundæ  
Vnitatis de-  
nariæ vis &  
natura .

Secunda vnitas decadica respicit Intelligentiam Angelicam , quæ cum ab infinita illa vnitate primò recedat , necessariò intellectualis compositionis miscellam intrare cogitur . Est autem compositio ab uno & altero , id est , ex oppositis , quæ non præueniunt eam , sed simul cum ipsa oriuntur , copulanturque in eius simplicitate radicali opposita ipsa indivisi & irresolubiliter ; denaria enim vnitas sine radice est ; nam eam præter primam multa præcedit vnitas , cuius multiplicatione exurgat , cum ea sola primò ortum capiat . Et tametsi à prima vnitate quoad essentiam infinitis distet interuallis , simplicissima . tamen Diuini operis , ratio est , exemplarium Divinorum primus promus condus . Creatrix enim vnitas in actum se excrens , primò produxit dyadem , quæ est monas decadica , sive Mundus intellectualis , absoluta Dei imago , & immediatum exemplar , denarij numeri , quem refert , ultimum complementum .

Tertiæ Vni-  
tatis cente-  
nariæ vis &  
natura .

Tertia vnitas centenaria animistica numerus Intelligentiarum est , quam quadratè explicat , Intelligentia num

numerus est unitatis absolutæ, sive primæ monadis; Unitas enim Intelligentiæ numeratur in anima, dum multipliciter contrahitur. Deus lumen est Intelligentiæ, quia eius unitas; Intelligentia vero animæ lumen, quia eius unitas, & corporalis forma unitatis, animæ numerus existit. Animæ unitatem non in se, sed in eius corporea investigatione sensibiliter intuemur; pari pacto intelligentiarum non in se, sed in anima, nec primam, simplicissimam absolutissimamque unitatem, ut in numero & signaculo. Ratio itaque non ut cubici corporis radix, sed ut medium, per quod intellectualis radix in corpus descendit, consideranda est; est enim instrumentum intellectus, atque ita principium seu radix instrumentalis rerum corporearum. Centenaria monas <sup>Centenaria</sup> animam figurat, millenaria corpus; exurgit autem <sup>monas &</sup> millenaria . mille ex ductu denarij in centenarium, hoc est, ex multiplicatione intelligentiæ per animam. Omnis enim numerus denario perficitur, simplicissimæ unitatis numerus simplicissimo numero in denarium pergit, Quæ igitur in prima unitate sunt ipsa unitas simplicissima, in eius explicatione numerali reperiuntur diuisa, atque differenter alia. Ita quidem intelligentiæ, quæ sunt numerus simplicissimæ & absolutæ visionis; intellectualiter quidem numeri naturam in ordine ad primum participant, id est intellectualis differentia, oppositio, & alteritas, similiaque, quæ numero conueniunt, sunt ipsa unitas absoluta. Quadrata vero alteritas & oppositio, sunt in ratione ipsa unitas intellectua-

*Etualis.* Cubicæ demum oppositiones & alteritatis sensibiles & corporeæ unitas sunt in ratione.

*Quartz Vni-* Quarta deinde unitas millenaria, ultima & sensibiliæ unionem est explicatio. Sicuti autem millenaria vis & sius ex multis coopersus, ita & hæc unitas. Prima,

unitas itaque se habet per modum puncti; secunda per modum lineæ; tertia per modum superficiæ; quarta per modum corporis seu cubi. Unitas puncti simplicissimi, est omne id, quod in linearis, superficiali, & corporeâ unitate; & superficialis unitas omne id, quod est in corporeâ unitate, explicat. Et tres quidem priores unitates non sensibiles & discretiæ, nisi per mentem ipsam, quæ sola punctum, lineam & superficiem scorsim considerat; sensus vero corporeum tantum attingit. Si quis igitur per sensibilia, mentalia niteretur mensurare, idem faceret, quod is, qui solido corpore aut punctum, aut lineam, aut superficiem mensurare attentaret, atque imprudenter, ne dicam stolidè ageret. Omnes igitur sensibile ad rationem eleuandum est, aut ad intelligentiam suam, siue ad absolutam unitatem. quod si hoc pacto ab omnibus sensibili, rationali aut intellectuali unitudine unitatem absolutam, ad simplicitatem infinitam redegerimus, non est amplius quicquam de eo affirmabile; namque enim nunc potius est lapis, quam non lapis, sed est omnia, unitas videlicet simplicissima, Deus benedictus in saccula. Unde sicut absolute unitas lapidis illius sensibilis & rationalis est Deus. exemplariter, sic eius intellectuialis unitas est intelligentia. Vides etiam ex his unitatibus, quomodo sensus reddit in rationem, ratio in-

intelligentiam; intelligentia in Deum, ubi cestinum  
& consumatio in perfecta circulatione.

## CAP V T IV.

*De Quinario, Senario, Septenario, &c. usque ad Denarium inclusus.*

**P**RIMÒ. Quinarius ex vniuersitate addita quaterniori resultat, estque omnis materialis sublunarisque substantiae ex quinque plerumque partibus constitutæ symbolum; nam ex quadripartita materiæ elementaris compositione, & vñloœ actu substantiali, omnis sensibilis substantia & natura consurgit. Tota itea vniuersitas corporum moleis, siue id totum quod sensibile est quinque corpora continet, quatuor elementa & Coelum, siue quintam, uti Peripatetici volunt, essentiam. Secundò. Quinarius numerus uti orbicularium numerorum primus est, ita eorundem relationes vnicæ maturat; quicquid enim in orbe conuertitur, quinto denudato loco ac punto in seipsum redit, eique, quo digressus est, copulatur initio; hoc pacto Sol ab Orientate digressus, quinto Ideo in Orientis patrem redit, & consequenter sensibilitatem (vniusmodi sunt, materialis, actus effendi, actus viralis, actus sensitivus, actus rationalis) symbolum est.

Rufus Aegyptios primo per quinarij numerum quinque viuentium genera habigitasse; Author est Plutarctus, qui triformi Numeri primi agi locum esse.

Plato,

dit, secundum Genij, tertium Heraibus, quartum hominibus, quintus brutorum. Plato in Epinoide ait, quinariū propriū esse Symbolū quinque locorum animalium capaciū; Summus est empyreus, secundus æthereus, tertius aëreus, quartus aqueus, quintus terreus. In primo dicit, contineri ignea animalia, in secundo ætherea, in tertio aërea, in quarto aqua, in quinto terrestria; quibus totidem habitatores Mundi respondent, homines, quadrupedia, reptilia, natantia & volatilia: quæ omnia hieroglyphicè exhibebant per polymorphum Numen sedi quadratae insidens, cui in limbo quinque, anasatas crucis insertæ spectabantur. Præterea per quinariū quinque tum animæ cognitio-nes, cum ciuidem obiecta exprimebant: quibus totidem exteriores sensus annexuntur, visus, auditus, gustus, olfactus, tactus; hisque totidem corporis membra seu organa respondent.

*Aratum quod in quinario numerio.*

Mirum igitur non est, Pythagoracis tantum viri-  
tutis tribuisse Quinario, ut eius ope compositionem, animæ deprehenderet: sicut enim quinarius est dimidium dēnarij, ita anima omnium recensitarum classium mediare ost.

*Quinarius est numerus circularis.*

Ex quibus aperte patet, quomodo anima partim ex natura individua & immutabili, partim ex diuidua & mutabili corporeo participans, medium quadrangulus locum teneat. Præterea Quinarius ex obserua-  
tione Pythagoracorum, circularis seu sphæricus: numerus dicitur, pars autem designat, quæ scilicet sui multiplicatio ne semper in se residit, ita & quinarius: si qui-  
dem

dem cœteri numeri in se se multiplicati incremento facti in alios & alios desinunt, solum quinarius & senarius in se dueti, ut in prima parte Tomi secundi in Cabala Hebræorum ostensum fuit, se ipsos semper ostendunt, respiciunt, obseruant. Auge enim quinarium se ipso, siue duc in se ipsum, & habebis 25, quadratum, cuius latus 5. Ducatur rursus 5 in suum quadratum 25, & conficies cubum 125. eius latus pariter 5. Porro ducatur denuò 5 in cubum 125, & prodibit 625, & sic de ceteris; quod & de senario intelligendum est, ut patet:

Quinarius  
& Senarius  
numerus.  
semper seip-  
sos respiciunt

## Circularis Quinarij.

## Circularis Senarij.

|       |         |
|-------|---------|
| 5     | 6       |
| 25    | 36      |
| 125   | 216     |
| 625   | 1296    |
| 3125  | 7776    |
| 15625 | 46656   |
| 78125 | 279936. |

Vides igitur multiplicationem quinarij & senarij etiam in infinitum peractam, semper radices, à quibus producti sunt, reddituram; unde meritò in tota numerorum œconomia principatum tenet; resolutionis prouide animæ absolutum symbolum, quo illa per vniuersos centrum ordines agitata, tandem singulis expensis, per actum reflexum sibi restituitur; in hoc proorsus circulo æquatis, cuius omnis finis est principium, & omne ultimum est primum, hoc est, semper idem.

Quinarij  
prærogativa.


2. Se-

2. Senarius ex duplicata dyade resultat, estque in sacra Genesi hexameron symbolum.

*Senarius perfectorum numerorum Coryphæus*

Sicuti Quinarius extimam sensuum cognitionem discernit atque numerat, ita & senarius omnem materialē cognitionem disperiendam numerandamque assumit, perfectorum numerorum Coryphæus, ex dyade in triadem ducta, constitutus. Et quemadmodum quinarius designat revolutionem animæ, ut Plato dicit, Mundi per quinque sensibilium rerum ordines sibi tandem in puncto, à quo profluxit, restitutæ; sic senarius norat revolutionem quatuor unitatum in unitatem absolutam; progressio enim in se ipsam circulariter rediens, senario numeratur. Unitas igitur absoluta cum absoluta coincidit infinitate, intellectualis cum intellectuali, rationalis cum rationali, & unitas sensibilis cum sensibili finitate. Omnis unitas imperticipabilis, indubibilis atque incorruptibilis est, vnde consequenter unitas non est aboluta, nisi in intellectuali alteritate participabilis; nec intellectualis, nisi in rationali alteritate; neque rationalis, nisi cum ipsa sensibili. Non attingitur itaque Deus, qui est aboluta unitas, nisi intellectualiter; neque intelligentia attingitur nisi rationaliter; nec ratio, nisi sensibiliter. Descendit itaque unitas absoluta in intellectualē infinitatem, intellectualis in rationalem, ac rationalis in sensibilem; unitas verò sensibilis retroacta ascendit in rationalem, rationalis in intellectualē, intellectualis denique in supramundanam infinitamque unitatem: quæ per senarium aptè indicantur; principium enim fluentis unitatis,

tis, & finis res fluentis, coincidunt in absoluta unitate, coincidunt quoque finis fluentis, & principium refluxus unitatis in sensibili, duplicanturque media, ita ut quatuor termini fluxus & refluxus cum binis medijs exinde senarium constituant. Sed rem in figura demonstremus.



Sit A unitas absoluta, intellectualis B, rationalis C, sensibilis D, in qua definit fluxus unitatis, & incipit refluxus unitatis sensibilis, ascendendo ex D sensibili in E rationalem, & ex E in F, intellectualem, & tandem in unitatem absolutam, fitque ut sicuti sex

diametrales chordae circumferentia subtensae, circuli ambitum perfecte mensurant & compleant, haud secus senario in ascensu descensuque unitati circumvolutae principium nequit finis. Ex quo patet, non esse aliud lucem descendere, quam tenebras ascendere; neque enim aliud est, Deum in Mundo esse, quam Mundum in Deo; nec aliud, actum in potentiam progredi, quam potentiam ad actum; neque aliud est tenebras in lucem se erigere, quam lucem in tenebras descendere; neque denique aliud est, potentiam materiam ad actum formae progredi, quam formam actualem in potentiam descendere materiam.

Deus omnia in omnibus est suo modo.

Vides igitur quomodo mensura perpetuitatis senario.

*Egyptij se-  
nario nume-  
ro solium  
Dei decora-  
bant.*

rio adscripta existat, & quomodo vniuersalissimum in specialissimum, & specialissimum in vniuersalissimum redeat. Vnde mirum non est Aegyptios hunc numerum tantà veneratione habuisse, vt eo solium supremi Numinis polymorphi, quemadmodum in Tabulæ Bembinæ explicatione patet, insignierint: quæ omnia ad dictarum rerum theorias respiciunt.

Septenarius est monadis dimiurgæ per hexameron in unitatem quietis seu Sabbathi revolutio: primò enim Deus post Cœli ac Terræ productionem fecit lumen die primo; secundo fecit firmamentum in medio aquarum; Tertio produxit vegetabilem naturam; quartò Luminaria, Solem, Lunam & stellas; quinto sensituum naturam; sexto hominem creauit; septimo, ab omni opere quod patrarat, requieuit, quod Septenario numero scite exprimitur.

*Septenarius  
numerus ar-  
cana conti-  
net mysteria*

Vnde Septenarius sacratissimus in Oraculis numerus, & mysteriorum plenissimus, tam sacrum augumentumque decus obtinet, vt inter eos numeros, qui in denario includuntur, singularem eximiamque præ cæteris rationem habeat. Nam eorum alij procreant, non procreantur; alij procreantur, non procreant; alij utrumque faciunt; solus Septenarius nec procreat ullum eorum, nec à quoquam procreatur. Vnitas enim vi principium omnis numeri, ita gignit omnes sequentes, ipsa à nullo genita,

*Septenarius  
intra dena-  
rium neque  
gignit, neque  
gignitur.*

Sic 2.3.4. gignunt 4.6.9.10. non tamen gignuntur; 4. ve- rò, 6. 8. 9. 10. non gignunt sed gignuntur, Septenarius verò non gignit, nec gignitur, cùm non habeat infra se numerum, à quo gignatur, neque intra denarium

rium nullus sit, quem gignat. Hinc appositè à veteribus Pythagoræis Symbolum fuit Dux & Rectoris omnium, ut qui cum immobilis sit, nec gigni, nec gignere prohibetur; quæ Plutarchus his verbis describit: *Est Dux & Princeps rerum omnium Deus, semper unus, Stabiles, motu carens, ipse sui similis, aliorum dissimilis, septuplo entium choro stipatus.* Eam ob causam Pythagorici hunc numerum Mineruæ ex Iouis capite genitæ, semper Virgini, sine matre natæ, Symbolum posuerunt. Hunc Aegyptij præ cæteris in summa semper veneratione habuerunt, rerum omnium sigillum, statuentes: hic enim in vniuerso septem entium genera denotat, in superiori Mundo septenos Principes Spiritus; in Zodiaco firmamenti septem configurationes seu aspectus Signorum ad inuicem, in planetario Cœlo septem Errones, in Elementari totidem metallorum genera, in Microcosmo totidem principalia membra, in Luna septenas phases, & quatuor septenorum, id est, 28 dierum periodum; in incremento hominis septem ætates; in foetus perfectione septem tempora; atque innumera alia quæ mensuræ septenariæ substant.

Cum itaque Aegyptij totum rerum vniuersum hoc septenario numero signatum viderent, fieri non posse existimarunt, quin aliquod insigne & reconditum sub eo mysterium latitaret. Hinc varijs modis eum hieroglyphicè exhibebant, Septenarium Cœlestem sic, III ; & Septenarium sublunarem sic, III . Cœlestem per tres lineas & circulum quadripartitum; sublunarem per tres lineas & Crucem III ; quæ occulte

M m

de-

Septenarius  
in honore  
apud Agy-  
ptios.

Vniuersum  
septenario  
numero fi-  
guatum est.

denotabant septenariam seu vniuersalem supremi Numeri virtutem cum ex exercitu, cum ex triade in tetrade, & primo in coelestem, deinde in sublunarem mouetur, & revolutione facta sibi restituitur. Quod mysterium pulchre nobis per hieroglyphicos characteres in limbo solij Osiridis supramundani incisos exhibetur, ubi septem circuli quadripartiti, & totidem Cruces ordine ~~ægyptij quo~~ ponuntur, quos circulos, & Cruces singulas præcedunt modo Septenarius ex tres, lineolæ, septem Mundorum septemplici classiū ordinantur. Circulum quadrifidum, quæ qua tuor partes Mundi adiunctis tribus lineis præfixis, faciunt septem hebdaes rerum istius Mundi; & sic ordine sequenti singulis Mundis quadrifidis tres lineas addidere, ut rerum classes, quibus dicti Mundi constabant, arcane indicarentur. Idem expresserunt per Crucem  cum adiuncto ternario linearum, videlicet diffusionem per Mundum elementarem. Sed mysterium aperiamus. Mundum primum Archetypum vocabant *Hemphita*, sive *Osiris* supramundanum, primam rerum unitatem triformem. Secundus Mundus est Angelicus, septem classibus iuxta Aegyptiorum dogma distinctus, in quem se se supramundani Osiridis vis exerit. Tertius Mundus est materialis, ex septem orbitis planetarijs constitutus. Quartus Mundus est inanimatorum corporum, septem metallorum speciebus distinctus. Quintus Mundus vegetabilis, in septem paniter classes viuentium distributus. Sextus Mundus est Sensuum naturæ, in septem similiiter classes dispositus.

tus . Septimus Mundus est Microcosmus homo, in septem status diuisus: post quem iam se ipsum reddit supremū Numerus . Atque hi sunt septem septemplici graduum seu classium genere distributi, quos hieroglyphicū Schema indicat .

Vides igitur, quomodo ex Monade illa <sup>suprema</sup>  
 & Archetypa, veluti ex centro evoluta, primò intellectu-  
 Etualis Mundus septem principia <sup>Genitorum</sup> regi-  
 mine munitus prodierit; quomodo illa deinde evoluta &  
 veluti in circulum acta, materialem Mundum, Cælestem,  
 septem Planetarum choro decoratum produixerit; po-  
 stea Mundum inanimatorum, Terram inquam, septem-  
 plici metallorum gehere foetam produixerit; & in eodē  
 indē vegetabilis naturae Mundum septem plantarum.  
 Classibus distinctum fundauerit; posteā ad sensitivæ na-  
 turæ septem animalium ordinibus distributum proces-  
 serit; tandem hominem Microcosmum omnium com-  
 plementū condiderit, & sic in Monadis & infiniti centri  
 abyssum se recipiens, ab utero opere, quod patrārat,  
 quieuerit. Vides Aegyptios tam aptè hos septem Mun-  
 dos expressisse, vt ad hexameron opus à Mose descrip-  
 tum respexisse videantur. Verum cum haec omnia fu-  
 siūs in Tabulæ Bembinae expositione tradiderimus, hic  
 ea tantum indicasse sufficiat.

Octonarius ex duplicato quaternario exurgit, sen-  
 sibiliumque cuborum primatum gerit, primus post  
 Monadēn cubus; siquidem monas cum sit intellectua-  
 lis numerorum abysmus, omnisque multitudinis princi-  
 piū, omnem sibi inter regulares numeros dominatum.

M m 2 ven-

<sup>Procedens</sup>  
 Monadis  
 suprema .

<sup>Octonarij</sup>  
 mysteria .

vendicat. Est enim monas primus trigonus, quadratus primus, primus pentagonus, prima pyramis, cubus denique primus, & ut nullo se visibili contextit amictu, ita quoque primus cubus est sine angulis, sine lateribus, quia monas tota est angulus, tota latus, tota cubus; adeo ut quæ in imperti monade sine specie, sine villa partium varietate complicata existant, in reliquo numerorum à monade effluxu, sensibiliter expressa cernantur. Octonarius igitur primus à Monade sensibilis cubus, è dyadis primi sensibilis numeri fonte scaturit; bis enim 2, generant 4, primum sensibile quadratum, & bis 4, generant 8, primum cubum, congruum sene hylæi minorisque Mundi symbolum; sicuti enim Mundus hylæus quatuor constat elementis, ita minor Mundus Homo, præterquam quod ex quaterna elementorum combinatione constitutus, præcipue quoque quatuor constare videtur; ipsa videlicet anima, substantia intelligentia, voce & scriptura; vix enim, teste Platone, anima Megacestai ad mundi rationis, ita anima microcosmi ad corporis sui domicilium se trahet, unde Octonarius cubus primus per diorum quadratorum compositionem emergens symbolum est.

Rursus, quemadmodum Septenarius septemcentium Symbolum est, ita Octonarius Aegyptijs octo Coniorum sine Numine principalium, quibus sempiternus Mundus gubernatur, Symbolum erat; atque haud sine ratione, Martiano teste, ex Pallade & Amore, id est, ex nocte, & spiritu diuinâ quadam ratione, consurgit. Hinc Orpheus quoiescumque Diuinam-

Paradoxon  
monadis.


Octonario  
numero  
o&h Numi-  
na desigua-  
bant Aegyp-  
tij.

vo.

volebat monstrare Iustitiam , per Octonarium iurare  
consueuerat , per quem & rerum summæ imperare di-  
cebat Euander : scilicet Ignem , Aquam , Terram , Cœ-  
Jum , Solem , Lunam , Mythram & noctem indigitando .  
Hinc Aegipij cum exprimebant vel per stellam , vel  
per circulum octo radijs insignem . In columna quoque  
hieroglyphica , teste Diodoro , octo Numina poneban-  
tur , Saturnus , Rheo , Osiris , Spiritus , Cœlum , Lu-  
na , Nox , Dies .

Nouenarius ex triade in se ducta resultat , tanto  
arcanior est , quanto triadem tripler inuoluens , dum  
eius efficit quadratum , maiora in se continet mysteria .  
Sicut enim trias summi illius . Boni primique principij  
numerus est , summum autem Bonum primumque prin-  
cipium à eundis fidelibus in eiusdem substantiæ vni-  
tate , sub diuinorum hypostasiū triade adoratur , pulchrè  
fanè elucefcit , quomodo indivisa hæc tri-unitas . rerum  
omnium creatrix triplicata nouenarium generet . Ange-  
licæ substantiæ à Deo immediate productæ primæ crea-  
turarum propaginis , ac  
nouenæ in ordines cæle-  
stes distinctionis Symbo-  
lum sunt conuenientissi-  
mum ; & appositè in adiū-  
cta figura patet , vbi Diui-  
na & superimmensa Tri-  
nitas simplicissima & in-  
divisibilis vnitas ad extra-  
mota se triplicans , tres hic-

Nouenarij  
mysteria .



tar .

rarchicas intellectualium mentium Monarchias internos Choros distributas produxit, quæ SS. Triadis signaculo notatæ, eiusdem primam, proximam & immediatam imaginem in se exprimunt, quam & homo quatuor internis, & quinque externis potentijs refert, vti hic.

Quæ adeò scitè per hanc Enneadem referuntur, vt vel ipsi Gentiles, nescio quo instinctu, respexit videantur, dum nouem Musas orbium cælestium præsides Intelligentias, ad Mundi harmoniam indicandam, disponuerint; quin & Hebræorum Mecubalim huic respexit videntur, dum per nouenarium hunc triplicatum, triplicem Mundum, Angelicum, Sidereum & Hylæum.

|               |              |              |
|---------------|--------------|--------------|
| Seraphin.     | Mens.        | Vrania.      |
| Cherubin.     | Intellectus. | Polyhymnia.  |
| Throni.       | Ratio.       | Euterpe.     |
| Dominationes. | Imaginatio.  | Erato.       |
| Potestates.   | Auditus.     | Melpomene.   |
| Virtutes.     | Visus.       | Terpsichore. |
| Principatus.  | Olfactus.    | Calliope.    |
| Archangeli.   | Gustus.      | Clio.        |
| Angeli.       | Tactus.      | Thalia.      |

indigitarint; iuxta Alphabeti mystici dispositionem, vti sequitur, quæ hic referre libuit ad curiositatem, non quod analogiæ huiusmodi quicquam reale in Naturæ fundent.

*Enneas Angelica iuxta Hebraorum Alphabetum  
disposita.*

ט נ י ג ה ד ג ב נ

Ang. Arch. Princ. Potest. Virt. Dom. Thr. Cher. Ser.

ו א י ס ג ב ל כ י

Luna. Merc. Ven. Sol. Mars. Iupp. Satur. Firmam. I. Mob.

כ י ת ס ת נ ו ד ב

Intell. Ratio. Sens. Veget. Inanim. Terra. Aqua. Aér. Ignis.

Vbi vides primò per primum nouenarium Alphabeti, Mundum Angelicum indicari, in quo nullo terrenæ missionis inuolucro vestitæ mentes, per primam literarū enneadēm, quam Hebrei מְלָאכִים מְלֹאכָה יְהוָה. Mundum Angelorum vocant, indicantur: cui succedit proximus huic Mundus, quem Mundum Sphærarum vocant, מְלָאכָה מְלֹאכָה, per secundam literarum enneadēm signatam, & continet primum Mobile, Firmamentum, cum cœteris sequentibus septem planetarum orbibus. Tertium Mundum vocant מְלָאכָה מְלֹאכָה Mundum fundamentorum, per tertiam literarum enneadēm significatum, & est Mundus elementorum; quorum quidem Munderum mira inter se, & à se inuicem est dependentia, ita ut sidereus Mundus in fluxibus subsit Mundū Angelicū, elementaris verò seu hydraulis virtusque & siderei & Angelici. Quia tamen nihil hec omnia profunt, nisi supremæ & Archetypæ Monadis influxus accedat; hinc unitate addita suprema, fiet totius naturæ creatæ Denarius; hic enim influens in Angelicum, & hic in sidereum, & hic in Elementarem, omnia conficiunt, animant, incitant, confortant, perficiunt: Hanc autem.

Mo-

Monadem enneadi Mundorum additam Hebrei vocant סְאִיר אֵין, *Infinitum*; sed iam Catenas rerum naturalium, quæ hinc resultant, exponamus.

## CAP V T V.

*De Catenis rerum naturalium per numeros expressis.*

**R**Eperitur & aliud in natura rerum arcanum, quod nisi numeris explicari non potest. Et est quædam ex Archetypo deprompta ratio, qua opifex rerum sapientia, singulos entium ordines ita numeris allegavit, ut exinde in multas classes diffusæ, ad quam quod'ibet reuocetur, ex numerica constitutione cognosci possit: Atque tum in omnibus, tum potissimum in vegetabilis naturæ Oeconomia spectantur. Membra vegetabilium sunt septem, radix, scapus, cortex, folia, flores, fructus, semina. Sunt plantæ quæ vna tantum radice gaudent, ut in plerisque cæpis, rapis cæterisque plantis cernitur. Sunt quæ in duas radices satiscunt, ut orchides, mandragora, gentiana; aliæ triplicem sortiuntur radicem, ut helonium, similesque.

Radix.

Sunt in nonnullis scapi, quorum internodia arithmeticæ quadam longitudinis proportione crescunt, & decrescunt, vti Phu, quam Valerianam vocant, Erythrodanum, hippuris siue equisetum, Sambucus: nonnullorum caules sunt teretes, triquatreæ, quadræ, vti mentastrum aquaticum, Ulmus scabiosus, & alia hisce similia. Si foliorum numerosam facturam contemplemur, in-

Folia.

ijs

ijs ingentem numerosæ constitutionis differentiam reperiemus ; habent aliquæ vnum solummodo folium , vnde & nomen adeptum, vnisfolium ; alia tria, vti trifoliorum innumeræ species, alia quaterna , quæ ad caulis intermedia se ut plurimum exerunt; vti tetraphylla: sunt iterum pentaphylla , heptaphylla, &c. iuxta naturalem numerorum series constituta in herbis foliorum multiplicatas .

Mirum est quod in equiseto obseruatum fuit .  
Habet hac herba caulem in varia internodia distin-  
ctum, ex quibus singulis 24 folia sub continua angulo-  
rum & qualitate emituntur tanta naturæ industria, vt si  
caulis ad altitudinem æquinoctialis detorqueatur, & ad  
situm austro-boreum, haud incongrue horologium,  
quod æquinoctiale vocant, constituat ; cuius caulis per  
centrum transiens in folijs vmbra sua horas, quas folia  
exprimunt, demonstrat : mirum naturæ ludibrium .

Sed progredi amur ad florum numerosam fo-  
bolem , quorum proprium est sub determinato nu-  
mero, iuxta diuersas species, suam propriam exhibere . In  
Ficu folium, flos, fructus, idem est . Omnes serè flores,  
determinato foliorum numero gaudent, quibus ex  
centro ad circumferentiam veluti in radios quosdam dif-  
fusis , mira florum pulchritudo exprimitur : sunt flores  
duorum , trium , quatuor , quinque foliorum usque in  
infinitum , quorum singuli suam à foliorum numero  
fortiuntur nomenclaturam , quæ & fructibus seminibus  
que accidere perito phytoptæ patebit : neque quispiam  
mysterio carere censeat , quod opifex sapientia in na-  
me-

Horologiū  
ex Equiseto.

Flores.

N n

mero, pondere, & mensura tam aptè dispositi: sicutdem ab arcuorūs ~~naturæ~~ exploratoribus Phytoptis obseruatum fuit, diversas plantarum species, quæ eodem radicum, florū, foliorūq; numero constat, quod inquam, carum naturales vires inter se adeo concordare reperiantur, ut indè in natura vegetabili certæ quædam numericæ constituantur catenæ, quibus in medicis compositiones assumptis, vires mirum in modum intendi dicunt; & patet in pentaphyllorum diversis speciebus in vacua assumptis. Certè quinque digitorum radicem, quam & palmam Christi vocant, insignem in manus affectæ cura effectum praestare; cui si plantaginem quinqueneriam ininxeris, manum, pedumque curam intendes; mentastruin aquaticum caule quadrato quartanæ, vti & triquetra tertianæ mederi dicunt; adeò ut numerus in plantarum membris, nil nisi signa quædam sint, & arcuorū characterisni siue signaturæ, ex quarum inspectione, in interioris indolis talis & talis plantæ notitiam prouehamur. De quibus vide fusæ agentem Io: Baptistam Portam in sua phytognomia, & nos in Oedipi Aegyptiaci Tom. II. Sintagm. V. de medicina Aegyptiorum hieroglyphica, & lib. 3. de Arte Magnet. quam amplissimè huius rei argumentum exposuimus, ad quæ curiosum Lectorem remittimus.

Ludit & natura numeralis simili prorsùs modo in cristallo, topazio, amethysto, conterisque preciosis lapidibus, queritur nonnulla Natura in triquetram, quædam in terracotram, alia in hexacotram, dodecaedram, icosaedramque figuram conspergit, id est, ternis,

qua-

quaternis , senis , duodenis , vigenis lateribus constan-  
tem , de quorum genesi & viribus , cum in 8. lib. Mundi  
subterranei vberitatem ratiocinati sumus , hic ijs immorari  
nolumus .

Ludit & in animalium Regno numerica coloris  
diuersitas : siquidem in animalibus , volucribus potissi-  
mum , quædam cernimus uno , aliqua binis , alia ternis ,  
quaternis coloribus . nonnulla quoque innumeris im-  
buta spectamus . Quæ ad certas classes sub identitate  
numerorum reducta , vna iunctis in triplicis naturæ Re-  
gno ordinibus , catenas subministrare poterunt , ma-  
gnarum in natura rerum indices .

## CAPVT VL

*De mysticis numerorum catenis .*

**D**Iuinæ & opificis mentis effluxum supra diximus  
contigisse ex vnitate illa supramundana & ar-  
chetypa , primò per triadem tri-unam ad intra , ab æter-  
no ; in ineffabili verò illo æternitatis puncto ad extra ,  
per quaternarium in totius corporeæ naturæ ambi-  
tum , singulosque productarum rerum ordines , per in-  
telligentias totidem præfides . Et primò quidem in mas-  
sam hylæam sive elementarem : quicquid enim corpo-  
rum materiale & sensibus obvium , è quatuor illis re-  
rum omnium principijs elementis compositum esse in-  
Itinerario Extatico exposuimus . Per quaternarium  
itaque archetypum in Intelligentijs Angelicis triplica-  
Ternarij  
catena.

N n 2        cum

rum in quadripartitam Mundi peripheriam sese exeruit sapientia ~~υποτριχίας~~, dum suprema, media, infima mundi entia consonantissimo numero in quatuor mundi plagas, Austrum, Boream, Eurum & Zephyrum, per quaternas triplicitates, ignem, aërem, aquam, terram distribuit. Vnde mox diuina mens Solis præsidio, per mentes Angelicas annuum cursum in quatuor distribuit tempora, Ver, Aestatem, Autumnum, Hyemem: quibus per analogiam quandam ætates hominum, pueritia, adolescentia, virilitas & senectus responderent, ut quod virtus sue in vere coepit exordium, id in æstate maturaret & decoqueret, in autumno virtus transactæ fructus proderet, & tandem hyeme subsequente in interium abiret, sub veris initium ad renascentiam suam redditurum; fit autem huiusmodi effluxus in quadruplicem naturæ Inanimatæ, Vegetabilis, Sensibilis, & Rationalis gradum, quorum conseruatio à quatuor primis qualitatibus elementaribus, calido, humido, frigido, secco, ex quibus eomposita sunt, dependet. Sed iam ad Septenarium progrediamur.

*Septenarij:  
catena,* Gaudet natura numero septenario. Archetypes quippe mundus in septem spiritus, qui in conspectu Dei stantes, perpetuo diuinæ contemplantur Ideas, quorum præsidio septem planetarum sidera ad universum bonum reguntur, gubernanturque. In firmaamento quoque septem Virtus stellas in navigantium commodum moderantur. Lunæ pariter quartarum septendrialium periodum 28. dierum spacio conficiunt, quarum opera à sidereo mundo septem metallorum speciem argumentum,

dum, aurum, ferrum, strannum, plumbum, mercurius in minerali natura; in vegetabilis natura membris septem, quæ sunt plantarum radix, caulis, cortex, ramus, folium, flos, fructus, alimentum suum hauriunt. In microcosmo exteriori septem membra principalia, caput, cervice, pectus, manus, venter, inguen, pedes: in interiori vero septem vasa vita, quæ sunt cerebrum, cor, stomachus, lien, iecur, pulmo, renes, augmentur & conservantur. Deus per septem dona Spiritus Sancti, propter septem misericordiarum opera influit in animalia, queis corroboratae, in consortium filiorum Dei admissae, eà unde profluxuerunt, reguntur. Denarium iam prosequamur.

Denarius harmonicus est, & inter omnes perfectissimus; omnes enim numerorum parium impatiuumque differentias, omnes proportiones harmonicas complectitur, vii ex quaternario expanso patet, qui potentia denarius est: siquidem 1, 2, 3, 4, iuncta simul constituunt denarium; & ut sic consideratus, omnes insue 5. harmoniarum proportiones continet; in proportione enim 2 ad 1, dupla repetitur, quæ à Musicis diuersaria vocatur: in 2 ad 3, sesquiteria proportio resultat, quæ est diuersaria: in 3 ad 4, proportio sesquiteria, & diuersaria vocatur: in 3 ad 1, tripla, diuersaria. diuinitate in 4. denique ad 1, quadrupla proportio eminat, dicta diuersaria. Quibus vniuersa non sola pars artificialis, sed & mundi maioris musica, vna cum Angelica, & omnium supremo ahoragè Deo Opt. Max. contingetur. Antequam enim eorum opifex unitatem.

Denarij catena.

rebus inferioribus communicaret, ex unitate sua archetypa in ternarium & quaternarium, & tandem in denarium; tanquam in decem Ideas & mensuras omnium numerorum serumque faciendarum exemplaria se diffudit; ultra enim denarium, aliis numerus, nisi replicatus, dari non potest, redeunte unitate ad suum principium, suprema mens iuncta nouenario, rerum creatarum denarium conficit; quem & veteres Mythologi per nouem Musas & Apollinem haud inscitè exprimebant. Hoc pacto noueni Angelorum chori in tres hierarchias dispartiti, cum Deo omnium complemento denarium conficiunt; In scientijs totius ιγκλα-  
παιδίας denarium complent, nouem Categoriae cum substantia; In moralibus Legis decem præcepta utriusque Legis complementum præstant. Quaz omnia hucusque dicta Hebræorum sapientes per decem numerationes, quas Sephiroth, seu numerationes vocant, exprimebant, ut in sequenti schemate patet, circa quam merito tota Hebræorum machina versatur. Sunt itaque decem ספירות seu numerationes, quas & emanationes, & vestimenta Dei, quibus ad extra in creatione Mundi processit, vocant; quarum tres superiores, altissimas, spirituales, & intellectuales, plerique מרכז opus quadrigæ, quo innuunt mysticum Diuinæ Maiestatis currū ab Ezechiele descriptum: Septem vero inferiores, vocantur מעתה בראשית opus mundanæ fabricæ vocant; atque sunt decem diuina nomina, quorum tria prima emanationes vocant, reliqua vero septem, attributa appellant, ijsque humani corporis membra applicant, non quod nos in-

ter

Denarij  
catena.

ter & Deum quæpiam figuræ aut substantiæ existat similitudo , ut recte S. Dionysius , sed membrorum foliummodo veluti quædam intentio . Hanc candeat ob causam Deo cor , oculi , aures , manus , pedesque in sacris literis affinguntur , non quod ad nostri membra corporis Deus ullam proportionem & habitudinem præfereat , sed quod sit in ipso altissimo & incomprehensibili Quomodo  
Deus huma  
na membra  
habere in  
telligendam  
scit. entium ente , aliquid intrinsecum , ineffabile , & prorsus ~~similiter~~ , à quo vniuersa profluant , quodque altissimarum , absconditarum , meaque incomprehensi-  
bium rerum rationem denotat , quorum humani corporis membra Deo impropriè attributa , nonnisi signa sunt & typi . Numerationum itaque intentio nullum terminum , mensuram nullam , nullum numerus molemque , eceteraque qualitates ; sed tenuem quandam umbratatem que diuinarum virtutum (in quantum eas homo corporarum imaginum affuetus , iuxta species numerosas concipere potest ) similitudinem & analogiam exhibent : per decem enim hasce numerationes , veluti per canales quosdam , Deus per Angelos in Mundum sidereum , & hinc in clementarem , adeoque totius naturæ inferioris ambientum influit . Primo siquidem ponunt globum lucido-tenuebrosum , quo Diuina essentiam norant , & *Enseph* vocantur , id est , infinitum , omnis termini & finis expers , à quo omnis influxus derivatur . Quod seceriores Hebreorum Theologi decem diuinis nominibus exprimunt , iuxta decem summas , qua in ipso eluent , perfectiones , quibus secundam oceulata quandam analogiam , ioudem Angelicæ naturæ ordines attribunt :

&amp;

*Tubula influxus 10 Sephiroth.*

|                   |                      |                         |                      |                        |                           |                    |               |                       |                     |
|-------------------|----------------------|-------------------------|----------------------|------------------------|---------------------------|--------------------|---------------|-----------------------|---------------------|
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |
| 1 Kether. Corona. | 2 Cochma. Sapientia. | 3 Binah. Intelligentia. | 4 Gedula. Magnitudo. | 5 Geburath. Fortitudo. | 6 Tiphereth. Pulchritudo. | 7 Nizah. Victoria. | 8 Hod. Honor. | 9 Iesod. Fundamentum. | 10 Malcuth. Regnum. |

&amp; in

& in Mundo sensibili totidem mobilium corporum cœlestium systemata : in microcosmo totidem membrorum principalium constitutiones. Deus itaque per decem nomina, quæ sunt vestimenta eius, in mundum Angelicum, per eadē deinde in mundum sidereum & elementarem, & per eadē denique in microcosmum, quæ tamen analogia, ut supra diximus, nihil influit effectuè. Atque hæ sunt decem numerationes, à quibus Hebræi mundum creatum conseruari tradunt. Et primæ quidem tres propriè considerantur ut intersecæ Deo, coæternæ, infinitæ &c. de quo R. Isaac Comm. in Ietsirah. tres numerationes sunt Kether, Cœchma, Binah, altissima sedes & thronus unus, in quo sedet Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Atque quid aliud Hebræi veteres hac numerationum triade velint, non video, nisi Sanctissimæ Trinitatis mysterium : tametsi Iuniores talpis cæciores, neque eam agnosceret, velint, & per eam non nisi tres proprietates innuant : de quibus quam amplissimè actum vide in Cabala Hebræorum, quam in II. parte Oedipi Aegyp. tradidimus. Atquæ hæc est descriptio decem numerationum seu Se-phiroth, vñà cum 22 canalibus, per quos vñus in alterum influit, & tot sunt, quot in Alphabeto Hebraico literæ, videlicet 22. estque systema in tres partes diuisum, quarum prior indicat mundum archetypum vñà cum Angelico, secunda mundum sydereum; tertia mundum elementarem; hoc pacto, aiunt, Deus per Angelos suos influit in mundum sidereum, & hic in elementarem, nihilque afferunt esse in archetypo & an-

Canales Se.  
phiroth, et ca-  
nalibus al-  
phabetti He  
braici signa  
ti.


gelico mundo, quod non sub certa quadam analogia sit in sidereo, elementari, & microcosmo. Totius huius philosophandi rationem videat Lector in nostra Cabala, vbi quidquid desiderare poterit circa hanc materiam, amplè tractatum reperiet. Nobis, ne numerorum mysteriorum limites excederemus, ea hoc loco non tam explicare, quam insinuare tantum visum fuit. Sed iam ad institutam materiam, in qua duodenarij vis explicanda restat, progrediamur.

*Duodenarius exurgit è ductu triadis in tetadrem,*  
*cetera,* ex diuina scilicet monade triuna, in naturæ creatæ quaternarium, quam & in sacris literis ad uniuersitatent rerum significandam assumpsisse videtur. Hinc Ciuitatem supernæ Ierusalem i 2. portiſ, totidemque fundamentis instruētam descripsit S. Ioannes; quo sub mysterio seu anagogico sensu. uniuersitatem saluandorum innuit, & appositiſ sanè per i 2. Tribus Israël in lege naturæ, & in gratiæ lege per i 2. Apostolos, qui Euangelium per ter quaternas mundi partes disseminarunt ad salutem mortalium reparandam, indicatim fuit, ut ergo ter quater faciunt i 2.; ita quadrifidus Mundus nisi in fide Trinitatis saluari non potest, ut potest per lacrum regenerationis, quod per lutherem Salomonis i 2. bobus sustentatam apte indicatur. Quia vero homo sine rerum necessiarum subsidio viuere non potest, hinc in sidereo mundo, Solem ex austro in boream, & contraria, per duodecim signa Zodiaci totidemque mensis vagari voluit, ut ea quæ ad usum hominum constituta fuerint, per duodecim mensium annum spacium ad.


ad eiusdem conservationem undequaque conspirarent, & tandem ad ultimum suum finem, expleta mortalitatis vita pertingerent: adeoque nil non in sacris literis per duodenarium exponatur, quod non ad dicta respiciat. Verum numeri duodenarij mysteria vide in sequenti figura. Sed iam quomodo, per hucusque dictos numeros mundi universitatem exposuerint Plato & Pythagorici, exponendum restat.

Plato in  
Alcimo.


Sciendum est Aegyptios, ad Dei signandas virtutes, Geometricis ut plurimum figuris (quod Platonem, & Pythagoram eos secutos fecisse Laertius, & Malchus in vitis eorum ostendunt) usos esse. Inter coeteras autem triangulum maxime obseruarunt, & in ipso tres iterum affectiones. Vel enim triangulus constat tribus aequalibus lateribus, & dicitur Isopleurus; vel duobus tantum, & dicitur Isosceles; vel tribus lateribus inaequalibus, & dicitur Scalenus. Per Isopleu-



Aequilat.



Isoscel.




Scal.

ron diuinitatis triformis in mundum corporeum processum (unde, teste Platone, corporei Mundi praesidiis Diis dicabatur) per Isoscelem, processum eiusdem in sidereum; per Scalenum trium angulorum inaequalium, quorum prior rectus, alter tertij duplus est, Mundum alterationis, hoc est elementarem: per circu-

Oo 2 lum

lum verò solitariam Dei tri-unam naturam, ut postea dicitur, aperte denotabant. Quomodo verò hunc ordinem & seriem generationis rerum omnium ostenderent, Alcinoüs Platonicus fasce, & pulchre deducit, ut sequitur.


Quomodo verò Plato ex mente Aegyptiorum quatuor regulares figuras composuerit ex scalenis, cuius unus angulus rectus, alter duas tertias unius recti, reliquus verò eiusdem tertiam partem habeat, id est, eius unus angulus 90. alter 60, tertius 30 graduum fix; cum hucusque Commentatores eius latuerit, no-



strarum partium esse rati sumus, id geometrico-ratiocinio hoc loco demonstrare. Primo itaque describebam triangulum equilaterum A B C, ex cuius angulis A B C totidem perpendiculares A D, C F, & B E, duebant, dividaturque triangulus equilaterus in sex triangulos scalenos, omnes aequales, & similes, uti numeri ostendunt, quorum singuli unum angulum rectum, & reliquos duos, parim 60, partim 30 graduum constituunt: & iij quidem qui puncto medio s insunt, 60; qui terminant in punctis A B C triangulum, 30; qui denique medijs lateribus in punctis F D E consistunt, 90 graduum sunt, lateraque sortiuntur sub ea proportione, quam numeri 3, 4, 5, habent, quorum mysterium postea explicabitur. Huiusmodi itaque triangulosa dicebant nunc geneticas, modo aequalis figuram, quod principium esset generationis rerum omnium sublunariarum, hoc pacto. Per basin R. A. notabant principium rerum passuum, humidum.


videlicet, siue ipsum; per normalem C B ipsi A B insistentem, innuebant principium rerum actuum, calidum videlicet, siue Osirin, masculam vim; per A C vero hypothenuam, ex utroque compositum, siue Horum.

Iam videamus, quomodo huiusmodi triangulis, Isoscele scilicet, & scalene tanquam primis principijs quatuor figure regulares, & consequenter quatuor elementa, quorum ea Symbola sunt, producantur. Ter-



F. e Symbolum cubum ita conficiebat. Isoscelem A B C quadruplicabant, & proueniebant quadratum A B E D, hoc ductum in 6, cubum constituebat A B E D C F G. ita ut Isosceles, Proculo teste, esset terrae primum principium, quadratum vero proximum.

Porrò ignis Sym bolum, pyramidem seu Tetraedron ita conficiebant. Cum Tetraedron quatuor consistat triangulis æquilateris, quorum unusquisque iterum, ut paulo ante ostensus fuit, ex sex Scalenis constituitur, 4 ducta in 6, producebant 24 Scenos geneticos (ita enim imposterum appellabimus huiusmodi triangulum) pyramidis itaque tetrapleuris hoc pacto non ignem tantum, sed & totum Vniuersum in quod ignea vis se occulte diffundebat, notabat; hoc autem pacto in corpus id deducebant. Triangulum Isopleurum A. C. D; subdiaidentes bifarium, duos efficiebant Scenos, B A C, B A D. quo quidem notabant processum Numerinis ex Mondo archetypo in Mundum alterationibus.



Isopleuri  
mysteria.

Octaedron  
genesis.

bus mutationibusque exposi-  
tum : hos Scalenos bifariam  
iterum secantes producebant  
Isoscelia B F A, B E A, pro-  
cessus Numinis per influxum  
sydereus indices : hos Isosce-  
les iterum bifariam secabant per  
lineam F E, & producebant  
quatuor triangulos Isopleuros  
A F E, F E B, E B D, F C B: quibus complicatis effor-  
mabant primum omnium solidorum corporum Terrae-  
dron triade abeunte in tetrade, id est trianguli oriebatur  
figura quatuor planorum, siue pyramis trilatera, & ex tri-  
bus angulis nascebatur anguli duodecim, adeo ut in unica  
hac figura haberent omnem totius Mundi tam siderei  
quam elementaris sciem. Trigonus enim triade sua  
rerum exprimebat generationem, ut postea ostenderetur,  
quaternarius laterum, elementa tria, & quatuor con-  
iuncta dabant septenarium siderei Mundi, septem pla-  
netarum circulis conspicui ; duodecim anguli, Aplanes,  
siue Zodiaci duodecim denotabant dimensiones ; figura  
erat acuta & pyramidalis, qua innuebant ignem, siue  
calorem, generationis rerum principium actuum,  
quod Elementa, planetas, Aplanem, verbo omnia per-  
mearet. Iterum cum Octaedron ex octo Isopleuris,  
siue æqualium laterum triangulis constitueretur, quo-  
rum unusquisque iterum ex sex Scalenis geneticis con-  
ficitur ; 8 ducta in 6, dabant 48 Scalenos, quibus  
constituitur Octaedron aëris Simbolum. Denique cum  
Ico-

Icosaedron 20-triangulis æquilateris constet, vniusquisque autem eorum sex Scalenos; hi ducti in 20, dabunt 120 Scalenos, ex quibus tanquam principijs Icosaedron constituitur, ac proinde in æqua Symbolum sicut affirmatum.

Habemus itaque in Tetraedra pyramide 24, in Octaedro 48; in Icosaedro denique 120 Scalenos geneticos, ex quorum comparatione Plato ab Aegyptijs, & Pythagoræis doctus, in notitiam venit proportionis Elementorum, quam vnumquodque ad alterum obuiuet. Nam quia ignis, aëris, & aqua pro primo principio Scalenum habent, terra vero Isoscelem; colligit Scaleni nō  
Hæc omnia in se inuicem nequaquam dissolui, atque permutari posse, terram, inquam, cum reliquis tribus, tria verò aërem, aquam, & ignem, ob commune singulis principiis geneticum, in se inuicem acti dissolui, & permutari. Significavit quoque, quæ in numeris triangulorum, ex quibus tanquam ex primis principijs tria elementa constant, proportio existit inter 24, 48, & 120, cædem esse in densitate, & raritate substantie inter ignem, aërem, & aquam, proportionem, ut scilicet ignis aëris sit duplo rarius, aqua verò quadruplo, & se habent sicut Scaleni Tetraedri 24, ad Octaedri Scalenos 48, & Icosaedri Scalenos 120. Cubus verò terræ Symbolum, ut ex heterogeneo, videlicet Isosceli triangulo compositus, ita quoque cum reliquis tribus Elementis ex hoc ipso permutari non posse iudicavit; subesse tamen cubo terræ Symbolo harmoniam quandam, rotius harmoniarum Mundanarum moderatricem.

ex:

ex partibus eius cognouit, videlicet ex sex planis, duodecim lineis, octo angulis solidis, viginti quatuor planis, ex quibus cubus constat, id est proportiones harmonicas 6 ad 12, duplam, diapason; 6 ad 9, sesqui-alteram, diapente; 12 ad 8, sesquitertiam, diatesaron; 8 ad 24 triplam diapason diapente; 6 ad 24 de-nique quadruplam disdiapason.

Harmonia  
Mundi nu-  
meris ex-  
pressa.

Dodecaedri  
significatio.

Sed præter has quatuor solidas figuras regulares, quintam etiam constitui posse videbant ex pentagonis, quorum tria in unum compacta, solidum angulum con-ficerent, atque ita figuram completerent duodecima basium, siue duodecaedram, ut corpora, quæ natura constant, omnino responderent Mathematicis; quæ Pythagorici Aegyptios secuti, naturalium ideo rerum prima dicebant principia. Atque hoc dodecaedron Vniuerso adscribe-bant, non, ut nonnulli putant, quintæ essentiaz superlu-nari, sed quinto magno corpori Vniuersi, ex quatuor primis corporibus simplicibus composito. Hoc pacto igitur, cum duodecim pentagonos Isopleuros, quorum unusquisque in quinque Isoscelia diuidebatur, ita in unum coaptari posse viderent, ut nihil vacui remanceret inter commissuras laterum, ac prætereà hos in centro circuli coniunctos duodecim pyramides pentagonas constituere; mysterium Vniuersi subolfacientes, per duodecim latera dodecaedri primo duodecim sedes Zodiaci, quem ipsi totius Vniuersi terminum dicebant, re-ferebant; hæ enim sedes quasi stellarum radiosо influku- in centro terræ coniunctæ, totidem pyramides constiue- bant pentaedras, duodecim penctrarium, per quæ Numi- na

aa in inferiorem Mundum influerent, symbolum, de quorum mystica ratione cum in Obelisco Pamphilio iam egerimus, cum Lector consulere poterit. Quemadmodum itaque hæ duodecim pyramides pentaedræ verticibus suis in centro terræ connexæ, ita aptè conjuguntur, vt nullum vacuum intermedium relinquant; sit Mundi vita per Numinis, quæ dodecaedris Zodiaci præsident, ita per omnia diffunditur, vt nihil sit, quod eam non participet. Iterum quemadmodum cubus terræ symbolum ex Isoscelibus componitur, ita ex pentagonis dodecaedron; quo quidem mysterio, necio quem occultum consensum notabant, Zodiaci masculi cum Terra fœmina, è quorum coitu omnia nasci dicebantur. Nam sicuti ex bisectione Isoscelis, & pentagonorum in dodecaedro nascuntur Scaleni, ita ex terra, seu principio passivo, atque ex motu planetarum sub 12 Firmamentis (que sunt veluti principium quoddam actuum) signis influxuque eorum in terram facto, nascuntur Scaleni genetici, hoc est, omnia in mundo sensibili entium diuersa genera.


Vides igitur, quomodo ex primis & simplicissimis lineis & figuris, ad corporum genesis, totiusque corporeæ naturæ arcanum procedebant. Sicuti autem per circulum centro, radio, circumferentia trinum, suo modo tri-unam diuinitatem; ita per triangulum æquilaterum tri-unam diuinitatem in operibus creationis se se exhibentem, vti dictum est, notabant. Et circulus quidem nihil ex se gignit, ut potè complementum, & polygonorum omnium maximum, infinitis lateribus

constans, abditè solitariam unitatem trinam signat; trigonus. vero principium totius generationis, omnium reliquorum, sive figurarum polygonarum, sive corporum, ut paulò ante ostensum fuit, genitor est. Hunc proxime sequitur Isosceles, terræ & firmamenti symbolum; quod sequitur Scalenum rectangulum ad summam geneticæ naturæ mysteria indicanda. Constat rectangulum Scalenum, ut supradictum est, tribus lateribus inæqualibus, totidemque angulis, recto uno, & duobus acutis: per rectum constantem, & immutabilem naturæ in operando, legem; per duos reliquos, unum maiorem subduplicem, motum augmentationis, per tertium subsequaliterum diminutionis divisionisque rationem indicabant. Per lineam præterea inferiorem BC, quæ basim trianguli constituit, significabant, teste Plutarcho, principium passuum rerum, maximè terræ, sive Isidem, per normalem ei rectâ inservientem BA principium rerum actuum formam, Osirim, sive Solem; per hypotenusam denique, sive subtensem AC vitramque lineam coniungentem, compositum. Horum filium ex utroque natum acutè indicabant, ut paulò ante ciam diximus.

Sed videamus modò arcanum Totius, sub citari



Scaleni figura reconditum. Latera huius se habent ad invicem , sicuti 3 4 & 5. vt in figura patet, vbi vides sub triangulo Isopleuro ternarium numerum , quaternarium sub Isoscele, quinarium verò sub Scaleno contineri.



Porrò 3, 4, & 5. simul iuncta faciunt duodecim , dodecaedron naturæ . Vnde sicuti numeri in numeris, lineæ in lineis , figuræ in figuris implicitè continentur , ita omnia in omnibus esse occultè hisce præfigurabant . Præterea latus A B 3 in se ductum conficit 9. latus B C 4. in se du-

Hecatomba  
Pythagori,  
et.

ctum constituit 16; quæ si nul iuncta constituunt tantum , quantum latus A C 5 in se ductum , videlicet 25. arcanum ingens in Mathematicis , & inuentionum infinitarum ferax , ab Aegyptijs primùm inuentum , à Pythagora verò sub suo nomine propalatum , quo mundanorum corporum , adeoque totius vniuersi genesin per geneticos triangulos , subtili sane ratiocino , occultè indicabant .

Porrò reliquæ omnes numerorum ultra denarium formæ , in decade monadica semper implicitum sensum habent , numerorumque in prima decade contentorum mysteria respiciunt ; hoc pacto quartæ 10 faciunt 40 , & laboriosi huius temporis Sacramentum innuit , quo sub lege Christi aduersus Satanam notatur concertatio , & ex 40 dierum ieunio

40 mysteria :

Reliquorum  
temporum  
numero  
rum myste-  
ria.

Christi, Mosis, & aliorum luculenter patet.

so myst.

Iterum quinque in i oducta, dant so, remissionis & indulgentiae Symbolum, & nota Pentecostes est, quo die so. post Resurrectionem Christi, Spiritus Sanctus supra Apostolos apparuit, estque Iubilæi magni, & Sabbati Sabbathorum in fine mundi Sacramentum, quo electi in confortio filiorum Dei, atque æternæ felicitatis statu perpetuò quiescentes, laboribus & tribulationibus finem imponent.

so myst.

Hæc dum scriberem, occurrit eodem tempore Euangeliū de pīscatione Petri post Christi Resurrectionem, vbi & de 153 pīscibus magnis in terram sine retis ruptura extractis mentio sit. Quæstum itaque quid sibi velint, quoad mysticam significationem 153 pīsces, numero non multum vītato expressi? Dīxi hunc numerum esse electorum in suprema patria congregandorum Symbolum, qui ex periculis mundanorum tentationum integri, & meritis grandes, sine re tis euangelici ruptura, in æternæ felicitatis littus extracti, finem suum ultimum consecuti sunt. Sed videamus vbi mysterium lateat. Componitur hic numerus ex 10. & 7, quorum ille numerus perfectionis, omnia in se complicat, hic verò, id est, 7, Septem plures Spiritus Sancti gratias & charismata notat, que per triadem multiplicata, conficiunt si. Dīximus autem supra, so remissionis, Indulgentiae & quietis, Iubilæi magni, & Sabbathi Sabbathorum Sacramentum denotare; quies verò perfecta nisi in uno, indiuiso, immutabili, qui est Deus Opt. Max. obnuerit.

non

non potest , neque septem Spiritus sancti dona coelitus nobis concessa vim habere possunt , nisi praeijs Sacramentis , & 7 operibus misericordiae per Sacrosanctæ Triadis fidem in militante Ecclesia formentur . Hinc per Sacram Triadern multiplicata dane 153. Quia ergo omnis operatio in militante Ecclesia in fide S. Trinitatis peracta , ad requiem tendit ; hinc 17 ter multiplicamus , ut ad 51 pertingere valeamus ; quoniam vero nostra requies tunc est , cum ipsam Trinitatis claritatem , in vnione diuinitatis esse confitemur ; per hanc itaque , qua videlicet 3 in 51 ducta dant 153. electorum in suprema patria collocadorum summam intelligimus , qui uti per 153 pisces in Euangilio signantur , ita quoque textum luculenter expositum proferunt . Faxit diuina bonitas & misericordia , ut inter illos 153. pisces numerum nempe saluandorum , peracta huins corruptibilis vita mortalitate aeternum felices connumerari mereamur .

*Monas tri-una apud Aegyptios οὐρανο-πλεύματος .*



*Omnia ad maiorem Dei Gloriam  
Virginisque Materiam .*

IN.

# INDEX

## Rerum quæ in hoc Libro continentur.

### A

- A** Braxas quis. fol. 174 Alteritas & inegalitas sunt  
Tot numeros continet, simul natura. 252  
quot in anno dies. 175 Amuletum Iſiacum. 206  
Superstitiones sub hoc no- Anubis quid. 184  
mine. 192 Arabes numerorum notas à  
Eiusdem Sigillum. 190 Brachmanibus didice-  
Quid serpentini pedes ibid. runt. 41  
Quid scutica. ibid. 192 Eorundem note numerales  
Eius in capite quid statua ab Indis proceſſerūt. 43  
Martis. 195 In literis numeralibus se-  
Abracadabra quid. 192 quuntur ordinem litera-  
Aeones cur ophionei sint dicti. rum hebraicarum. 44  
fol. 177 Eorum Tabula Astronomi-  
Aegyptij Senario numero fo- ca in Africa. 49  
lium Dei decorabant. fol.  
Aegyptiorum nominum inter- 272 Authores apud eos celebres  
pretatio. 196. & seq. euocantur in Hispa-  
Agla nomen Cabalisticum. 221 niām. ibid.  
Alphonsus Rex Astronomiam Arcanum numericum nati-  
instaurat. 49 Astrologia omnes magicas ope-  
Sumptus eiusdem in Astro- rationes ingreditur. 175  
nomia instauratione ex- Authoris defensio contra eos,  
pensi. 50 qui

# INDEX RERUM.

*qui mysteria numerica Cur H, 100 notaret. . . . 8  
numismatis incisa fuisse  
negant. . . . . 211*

D

## C

**C**abalala Pythagorica. 236.  
C 226..  
*In ea nihil sanum est. 230.*  
Cabalistica Alphabetica. 227  
Modus operandi per alpha-  
beta. . . . . ibid.  
Cabalistarum in operando er-  
rores ostenduntur. 230.  
Omnia ad decem renunciant.  
fol. . . . . 261  
Numerandi ratio. . . . . 5  
Cay Duillyi contra Carthe-  
ginenses Victoria. 21  
Spolia. . . . . 35.  
Charchidona nomen est urbis.  
et Genij tutelaris. 213.  
Ciceronia testimoniis. . . . . 32.  
Clauorum fixia per numeros  
Roma olim usitata. 20.  
Combinatio irregularia qua.  
fol. . . . . 80.  
Quot combinationes fieri  
possunt in quadrata dis-  
positione numerorum. 81.

**D**ecas nota, Et cur. 8  
Decary carna. . . . . 285.  
Deus omnia in omnibus est suo  
modo. . . . . 271.  
Quomodo numerare censem  
tur, et quomodo nosser  
intellectus. . . . . 242.  
Cur dictus sit Ens. et non.  
Ens a S. Dionysio. 246  
Quomodo humana membra  
habere intelligendum  
sit. . . . . 287.  
Quid in Deo unitas. 242.  
Decorum Dearumque omnia  
nomina, unum solare  
nomen exprimunt apud  
mythologos. . . . . 186.  
Dispositio numerorum. Libij  
Giraldi. . . . . 27.  
Dodecaedri significatio. 296.  
Duodenary carna. . . . . 290.  
Dyas est primus recessus a Deo.  
fol. . . . . 248.  
Ens mysteria. . . . . ibid.  
Quomodo alteritatem in-  
ducit. . . . . 254.  
Dya-

# INDEX RERUM.

*Dyadis & Triadis compa-*  
*xationes.* ibid.

## E

**E** Nneadum dispositio. 23  
Ephesia litera. 214  
Quales fuerint. ibid.  
Quid significauerint. ibid.  
Nomina qua ijs scribun-  
tur. 215  
Branchus Ephesijs literis  
famem Milesiorum dis-  
sipasse fertur. ibid.  
Exoticorum nomenum exposi-  
tio. 172

## G

**G** Eomantia vanitas.  
fol. 225.236  
Geomantarum deliramenta.  
fol. 237  
Invectiva contra illos. 225  
Gnostici quinam & quales.  
fol. 170  
Eorum turpia dogmata.  
fol. 171  
Superstitiones. 177  
Stalida eorum figura in

octonario. 173

*Deriuatio nominum pere-*  
*grinorum illis exilito-*  
*rum.* 176  
*Gnosticorum librorum ii-*  
*cili.* 188  
*Omnia numeris tribuebant,*  
*fd.* 219

## H

**H** Armonia Mundi-nume-  
ris expressa. 296  
Harpocrates Loto insidens. 198  
Hebdomas sacra quid. 185  
Hecatomba Pythagorica. 299  
Hecate triceps. 197  
Hexalpha quid. 217  
Horologium ex Equiseto. 281  
Horus quomodo pingetur.  
fol. 189  
Quid significaret. 190

## I

**I** Ao quis. 174  
Quid significa. 193  
Icosaedri genesis. 295  
Isoplecturi mysteria. 294  
Isi.

# INDEX RERVM:

*I*sidis mysteria. 208

## L

**L**atinorum veterum in numeris varia dispositio. 21

Origo numerorum. 19  
7. literis omnis eorum numerus exponitur. *ibid.*

*Leo cum Luna & Stellis quid.  
fol.* 196

*Libri Homeri qualibus literis signarentur.* 7

*Literarum pro numeris introductio.* 4

## M

**M**agorum proprium est miscere sacra profanis. 218

*Maximus Planudes Author de Numeris.* 46

*Annus quo vixit.* 47

*Maximum absolutum quid sit.* 243

*Maximum absolutum omnia est.* 244

*Maximum & Minimum*

absolute coincidunt absqueulla contradictione.  
*fol.* 243

*Maximi unitas equiparata unitati Minimi.* 245

*Membra hominis ex literis constituta.* 173

*Mercurius siue Anubis biceps.*  
*fol.* 200

*Mercuriale numen.* 202

*Minimum absolute quid sit.*  
*fol.* 243

*Michaël cur ophionius.* 185

*Milesij interitus.* 214

*Millenarij nota sunt noue.* 30

*Millenarie nota X origo.*  
*ibid.*

*Mniziel quis Genius.* 200

*Modus computandi Rustico-*  
*rum.* 4

*Modus veterum Gracorum in dispositione numero-*  
*rum.* 8

*Monas centenaria et mille-*  
*naria.* 265

*Monadis paradoxon.* 275

*Monadis supremæ processus.*  
*fol.* 275

*Mydras est Genius solaris.*  
*fol.* 174

*Qq* Neo.

# INDEX RERVM.

## N

- N** Eoriel quid. 185  
**N** Omnia barbara co-  
 rumq; significatio. 209  
**N** Il nisi pacto cum Satana  
 inito valent. 209  
**N** otarum numerorum fabrica.  
 apud veteres. 24  
**N** ota 10000. 32  
**N** ota 50000. ibid.  
**N** ota varie numeri millena-  
 ry. 28  
**N** ota octonarij numeri. 36  
**N** ouenarij mysteria. 277  
**N** umerus ratio explicata. I  
**N** umerorum inuentio. &  
 positio. 2a 166  
 eorum admiranda proprie-  
 tas. 123  
**N** umeri ex Iod hebraico ve-  
 luti unitate compone-  
 bantur. 3  
**N** umerus Psalmorum per li-  
 teras indicatur. 5  
**N** umerorum descriptio iuxta  
 alphabetum. 6  
**N** umerorum Gracorum apud  
 Herodianum dispositio.  
 fol. 10

- N** umerus populi ab Augusto  
 recogniti. 12  
**N** umerus Iudeorum in Cap-  
 tiuitate Babylonis. ibid.  
**N** umerorum isoënpia quid.  
 ibid.  
**N** umerorum difficultates sol-  
 uuntur ex Tab. Rost. in  
 Capitolio superflite. 33  
**N** umeri quales Dj dicati. 59  
**N** umerorum quadratorum e-  
 stimatio. 60  
 Eorum proprietas. 61  
**N** umeri septem Planetis dica-  
 ti quales. 62  
**N** umeris Deum omnia admi-  
 nistrare, exemplo doce-  
 tur. 63  
**M** agna sub ijs mysteria.  
 fol. 73  
 Eorum dispositio in cella-  
 lis. 75  
 in Quadrato Mar-  
 ris. 89  
 in Quadrato Solis.  
 fol. 91  
 in Quadrato Vene-  
 ris. 97  
 in Quadrato Mer-  
 curij. 99  
**N** is.

# INDEX RERVM.

**N**umerorum in Quadratorum  
Gnomonibus dispositio-  
fol. 112

**N**umeris omnia constant. 239

**N**umerorum compositorū my-  
steria. 299

**N**umisma Soli dicatum, 203

**N**umerus quadratus 4 , cur  
imperfectus dicatur. 74

○

**O**ctaedri genesis. 294  
Octonario numero octo  
nomina designabant Ae-  
gyptij. 276

Octonarij mysteria. 275

Origo numeri V. 24

Origo nota L. 20

Origo ♂ fabrica C. ibid.

Origo ☐ numeri centenarij. 25

Origo ▷ numeri 500. 26

Origo ☠ millenaria nota. 29

Origo numeralis nota V,X,D,  
M ibid.

P

**P**entalpha quid. 217  
Pythagorai veritatem

in magna Veneratione  
habebant. 59

Q

**Q**adrati 16. dispositio  
difficilis. 83

Quaternarij carena. 284

Quaternarius numerus est in  
potentia denarius. 260

Eius fætus multiplex. ibid.

Idem vel conficit pyrami-  
dem trilateram, vel cu-  
bum. 259

Quid Quadratum cubicum.  
fol. 106

Quid Quadratum Martis in  
numeris. 67

Quid Sigillum Solis in num-  
eris. 68

Quid Sigillum Veneris in nu-  
meris. 70

Quid Sigillum Mercurij in  
numeris. 71

Quid Sigillum Luna in nu-  
meris. 72

**Q**uinarij nota & cur. 8

Quinarij numeri mysteria.  
fol. 267

Arcanum quid in eo. 268

Q q 2 Est

# INDEX RERVM.

- E**t circularis. *ibid.*
- Q**uinarius & Senarius numerus semper seipso respiciunt. 269
- Q**uinarij numeri prærogativa. *ibid.*
- L**Quinquagenarij nota ex duabus lineis oblique dicitur. 25
- Q**uomodo Veteres numeros ultra centum millia disponerent. 39
- R**
- R**atio proprietatis numerorum in dispositione. fol. 76
- R**ambam doctor perplexorum. fol. 3
- R**ote Vita & Mortis descrip-  
tio. 234
- S**tructa eiusdem dispositio. *ibid.*
- E**iudicem praxis & confu-  
tatio. 235
- S.**
- S**Abaoth quid. 193. 194.  
195. 197.
- S**atana fraus in nominibus per acrostichides. 222
- S**caleni mysterium. 298
- S**caleni vota. 299
- S**enarius numerus perfectorum numerorum Coryphaus. 270
- R**epresentat. revolutionem quatuor unitatum in unitatem absolutam. *ibid.*
- S**eptenarius numeras arcana continet mysteria. 272
- I**ntra denarium neque gignit, neque gignitur. *ibid.*
- E**rat in honore apud Aegyptios. 273
- S**eptenario numero Uniuersum signatum est. *ibid.*
- S**eptenarium quomoda exprimerent Aegyptij. 274
- S**eptenarij catena. 284
- S**ignificationes Symbolorum. fol. 207
- S**igillum Anael. 217
- S**igilla reliqua. 218
- S**igillum ab Arch. Leopoldo Guilielmo transmissum. fol. 187.
- S**i-

# INDEX RERVM.

|   |       |  |       |
|---|-------|--|-------|
| <i>Sigillum magicum.</i>  | 220   | <i>declaratur.</i>   | 261   |
| <i>Sistrum quid.</i>  | 184   | <i>Vnitas monadica diuinam ef-</i><br><i>sentiam notat.</i>  | 262   |
| <b>T</b>  |       | <i>Unitatis prima prerogativa -</i><br><i>fol.</i>   | 263   |
| <b>T</b><br><i>Etractys pythagorica .</i>   |       | <i>Secundæ denaria vis</i> $\frac{1}{2}$   |       |
| <i>fol.</i>   | 262   | <i>natura.</i>   | 264   |
| <i>Quidnam sit.</i>   | 172   | <i>Tertia centenarie vis</i> $\frac{1}{3}$   |       |
| <i>Reperitur in omnibus re-</i><br><i>bus.</i>  | 260   | <i>natura.</i>   | ibid. |
| <i>Ternary numeri genesis.</i>  | 250   | <i>Quarta millenarie vis</i> $\frac{1}{4}$   |       |
| <i>Eiusdem laus.</i>  | ibid. | <i>natura.</i>   | 266   |
| <i>Et perfectissimus , quad</i><br><i>contineat principium ,</i><br><i>medium. &amp; finem.</i> | 251   | <i>Vnitas natura prior est alteri-</i><br><i>rate.</i>   | 251   |
| <i>Theologia negativa qua.</i>  | 247   | <i>Vnitas, equalitas, &amp; connexio-</i><br><i>sicuti habent unum esse;</i><br><i>ita habent aeternum esse.</i> |       |
| <i>SS.Trias cum triangulo aqui-</i><br><i>latero comparatur.</i>                                | 255   | <i>fol.</i>  | 252   |
| <i>Triadis excellentia.</i>   | 249   | <i>Unitas rationem quadrati &amp;</i><br><i>cubi obtinet.</i>  | 62    |
| <i>Trinitatis creatæ &amp; increatae</i><br><i>differentia.</i>                                 | 259   | <b>Z</b>   |       |
| <i>Trismegisti effatum explica-</i><br><i>tur.</i>  | 253   | <b>Z</b><br><i>Ambres Iudeus Magus.</i>  |       |
| <b>V</b>  |       | <i>fol.</i>  | 215   |
| <b>V</b><br><i>Vnitas geometrica quid</i><br><i>notet.</i>                                      | 256   | <i>Zyphrarum origo à Brachma-</i><br><i>nibus.</i>   | 40    |
| <i>Vnitas quadruplex explica-</i><br><i>tur.</i>  | 261   | <i>Earum commendatio.</i>  | 54    |
| <i>Vnitarum singularium natura</i>  |       | <i>Tempus quo zyphra nume-</i><br><i>rales introductæ sunt.</i>  | 50    |

## Errata sic corrigē.

*fol.*

- 60. varietatis.
- 64. arcas.
- 65. abditos.
- 68. fin.
- 74. obeat.
- 77. diagonos.
- 149. Criptologia.
- 170. in Arithmologiz &c.
- 183. numeri.
- 184. χιροκίφαλον
- 219. contaminant.
- 222. fortis.
- 223. αγελαμεγος  
δκ
- χρυσις
- χρυσον
- 224. veritatem  
וְבָרֵךְ
- טַבֵּס
- 189. eiusdem quaz
- 209. quaz
- 211. possint.
- 213. apicem.
- 245. multum.
- 254. Maxima
- Dyras.

- varietati.
- areas.
- additos.
- in.
- oleat.
- diagonaliter.
- Criptologia.
- in I. Arithmologiz &c.
- numen.

χιροκίφαλον  
contaminent.

fortis.

αγελαμεγος

δη

χρύσιον

χρυσον

virtutem.

וְבָרֵךְ

טַבֵּס

eiusdemque.

quod

possim.

picem.

mutuum.

Maximi.

Dyas.

Nota figuram fol. 299 contentam sub  
improportionato triangulo rectangulo à  
Sculptore expressam

Bayerische  
Staatsbibliothek  
München





XXXXX

VII, 87

